ACTA
A SANCTISSIMO PATRE ET DOMINO NOSTRO
PIO
DIVINA PROVIDENTIA
PAPA SEXTO
CAUSA ITINERIS SUI VINDOBONENSIS
ANNO MDCCLXXXII.

MEMORIE
DI QUANTO E' OCCORSO IN OCCASIONE DEL VIAGGIO
PER VIENNA
DEL SS. PADRE E SIGNOR NOSTRO
PIO VI
PER DIVINA PROVVIDENZA PONTEFICE
NELL' ANNO 1782.

IN NAPOLI MDCCLXXXII.
NELLA STAMPERIA PACIANA.

Con licenza de' Superiori.

ALL' ILLUSTRISS. SIGNOR

MARCHESE DI POLVICA
D. GIUSEPPE MAURI

REGIO CONSIGLIERE DEL SUPREMO TRIBUNALE
DI S. CHIARA.

N vivo ſentimento di grata riconoſcenza, di cui mi accuſo debitore mi ſpinge di preſentarle queſt'Operetta, che da un' Originale latino, impreſſo in queſto anno in Roma nella Stamperia Appoſtolica ſi è voluto quì riſtampare. Fu mia ſola incombenza dirigger la edizione colla verſione italiana, e per premio ho chieſto all' Editore la libertà poterla dedicare a Perſonaggio di mio piacimento. Più proprio non trovo, che dedicarla a V. S. Illuſtriſs., non perchè io poſſo diſcernere una tal materia quanto vale, ma conoſco bene, che eſſendo ella effetto di quelle ſante cure, che il Sommo Pontefice con tanta religioſa premura ha intrapreſe per un maggior bene della noſtra Cattolica Religione, aſcoltate con ſentimenti d'ineſplicabile divozione dalla Maeſtà del Clementiſſimo Giuſeppe Imperator regnante, per ciò ſon ſicuro, che dee valer molto. Qualunque altra coſa, che le aveſſi potuto conſecrare forſe meno accettabile ſarebbe riuſcita, per eſſer difficil produrre o materia all' intutto nuova, o tanto peregrina, di cui non ne aveſſe compiuta cognizione. Son perſuaſo, che nè Iſtorico, nè Erudito ſia moderno o antico ha tralaſciato di leggere fra le lunghe, e laborioſe ricerche, per così vieppiù arricchire le Opere, che tiene ſcrivendo per le mani, di cui il pubblico letterato con impazienza ne attende la produzione; ed in tanto altro non farei, che ripeterle quelchè pur troppo gli è noto. All'incontro la preſente Opera è una giovanetta, nata da ſangue illuſtre in queſto iſteſſo anno,

anno, perchè figlia de' pietosi sentimenti di un Pontefice, e di un' Imperatore, a quali è dovuta e gloria, ed elogj. Ogni cosa nuova benchè picciola, purchè da vero sia nuova è infinitamente gradita da un Letterato, stuso di aggirarsi sempre fra le cose antiche. Un Viaggiatore, che cento volte vide illustri Città, e Provincie rinomate si compiace più volentieri di un picciol Villaggio non mai scorso, che di nuovo rivedere quanto osservò di più grande. Un Antiquario fà più conto di una rozza moneta perchè rara, anzichè di mille illustri, ma usuali. Questa è la passione de' Letterati, fra quali dalla pubblica erudita opinione viene V. S. Illustriss. compresa, ed a simil genio ho stimato cossì corrispondere. Questa stima nasce non perchè da un Consigliere del Tribunale supremo di S. Chiara, o come patrizio Aversano, o perchè Nipote della chiarissima memoria del Marchese D. Carlo Mauri Personaggio di tanta fama, e sì illustre, che fu Avvocato Fiscale del Regal Patrimonio, poscia Caporuota della Camera Regale, o pur perchè fratello di D. Teofilo fu Presidente della Regia Camera, giacchè questi son beni relativi, che arricchiscono chi non ne ha de' proprj, ma si fa stima di quelle sode sue virtudi, formate di saviezza, di prudenza, di dottrina, e di giustizia.

Gradirà intanto un dono di tal natura, così perch'è figlio di sua generosità, come perchè ogni cosa ha da restituirsi al Padrone, essendo io pur ben persuaso, che saprà riceverlo più volentieri al paragone di ogni altro. E col desiderio, che possa meritare uno amorevole accoglimento, mi dichiaro rispettosamente

D. V. S. Illustris.

Napoli 21 Novembre 1782.

Devotiss., ed Ossequiosiss. Servitor vero
Francesco Fraveth.

AL-

ALLOCUTIO
HABITA
IN CONSISTORIO SECRETO

Die XXV. Februarii MDCCLXXXII.

VENERABILES FRATRES

Ostulat a nobis hoc tempore Apostolici Ministerii ratio, ut Vindobonam proficiscamur; quod iter cum propediem in Domino suscepturi simus, a Vobisque VV. FF. aliquod per tempus absfuturi, voluntatem hanc Nostram Vobiscum, & cum amplissimo vestro Collegio communicamus, ut singularis Noster in ipsum amor, mutuaque animorum conjunctio a Nobis efflagitat. Quo officio dum erga Vos studiose fungimur, illud etiam, ne ignoretis, adjungimus, quam ob causam neminem ex Vobis in hujus itineris Nostri, laborisque societatem assumamus: primum quidem parvo Nos usuros apparatu comitatuque in Ecclesiasticæ Personæ modum jam declaravimus: deinde id omne quodcumque subeundum erit incommodi, in Nosmetipsos tantummodo suscipere pro imposita Nobis sollicitu-

DISCORSO
FATTO
NEL CONCISTORO SECRETO

De' 25. Febrajo 1782.

VENERABILI FRATELLI

Ichiede da Noi nelle presenti circostanze il Nostro Appostolico Ministero di portarci nella Città di Vienna, e fra poco un tal viaggio intraprendere; quindi dobbiamo da Voi Venerabili Fratelli per qualche tempo esser lontani, e perciò una tal Nostra risoluzione a Voi, ed al Vostro ragguardevolissimo Collegio partecipiamo, come il Nostro particolar amore verso di Voi richiede, e la scambievole unione degli animi nostri. Al che aggiugniamo, affinchè non vi sia ignota la cagione perchè in tale viaggio, e nel Nostro travaglio la compagnia di alcuno di Voi non dimandiamo: primieramente abbiamo determinato di far uso di un ristretto accompagnamento proprio di una Ecclesiastica Persona: secondo, che tutto il disaggio si abbia da Noi a soffrire so-

tudine statuimus: demum perdifficilis, ac perquam ingrata Nobis esset paucorum electio, cæterorum vero quædam, ut videri posset, rejectio, cum pari simus in singulos ex Vobis studio existimatione atque amore propensi. Certiores porro Vos facimus VV. FF. datas a Nobis esse peculiares in forma Brevis Litteras, in iisque decretum ac declaratum, Curiam, & Causarum Audientiam una cum omnibus Nostris & Sanctæ hujus Sedis Administris post Nostrum ex Urbe discessum in eo statu actuque, quo nunc sunt, remansuras; iisque per Nostrum Chirographum concessas esse facultates Nobis reservatas, cum certi plane simus pro perspecta cujusque fide neminem iis esse abusurum. Cumque moriendi necessitatem omnibus impositam, diemque mortis incertam esse, ac quotidiana humanæ vitæ imminere pericula consideremus, nequaquam item prætermittendum duximus, ut Pontificia Comitia, si quid absentibus Nobis humanitus acciderit, Romæ habenda sanciremus. Quod reliquum est, a Vobis vehementer petimus ac flagitamus, ut qua semper fuistis in Nos voluntate, eandem nunc præcipue exhibeatis, Nosque absentes multo enixius Omnipotenti Deo, ac Domino Nostro Jesu Christo, ejusque Gloriosissimæ Virgini Matri, ac Beato Apostolo Petro commendare non intermittatis, iisque iter Nostrum prosequamini votis, ut suscepta hujusmodi consilia rata esse Deo juvante possint, utque incommoda hæc laboresque Nostros optatissimus exitus per illius miserationem consequatur.

HO-

lamente per cagione del Nostro impiego: e finalmente per togliere la necessità della scelta di pochi, e della esclusione di molti, quandocchè verso cadauno di Voi l'attenzione, stima, ed amor Nostro è perfettamente eguale. Vi facciamo consapevoli per tanto Venerabili Fratelli di aver Noi date fuora particolari Istruzioni in forma di Breve, colle quali si è stabilito, e dichiarato rimanere nello stato attuale la Curia, e gli Magistrati, unitamente con tutti gli Nostri Ministri, e quelli della S. Sede dopo la Nostra partenza, a'quali in forza del Nostro rescritto si sono communicate tutte le facoltà, ch'erano privative della Nostra Persona, per esser persuasi, che niuno, accagione della sua sperimentata fedeltà, sarà per abusarsene. E perchè abbiamo considerato, che sia cadauno nella necessità di morire, nè sappia il momento della morte, e giornalieri sieno i pericoli della vita, quindi non abbiamo ommesso di stabilire, che se nella Nostra assenza saremo dalla morte sorpresi, che il Conclave per la elezione del Successore si faccia in questa Nostra Città di Roma. Ed in fine caldamente vi chiediamo di continuare ora verso di Noi la istessa benivoglienza, che ci avete dimostrata, e di raccomandarci nel tempo del viaggio, e dell'assenza Nostra con fervide, e continue preghiere all'Onnipotente Iddio, a Gesù Cristo Signor nostro, alla gloriosissima Vergine di lui Madre, ed all' Apostolo S. Pietro, affinchè tale nostra risoluzione sia col Divino ajuto profittevole, ed il Nostro in commodo, e travaglio produchi, mercè la Divina misericordia un' esito felicissimo.

DIS-

HOMILIA

HABITA INTER MISSARUM SOLEMNIA

In Metropolitana Ecclesia Vindobonensi Die Dominica Resurrectionis D. N. Jesu Christi.

XXXI. Martii MDCCLXXXII.

Loriosa Domini nostri Jesu Christi Resurrectio, fidei nostræ præstitit documentum, ut corporum Resurrectionem in se credant membra, quæ præcessit in Capite; ac corruptibile corpus, mutabile per ætates, per defectiones, absortis per mortem cupiditatibus, & ærumnis, induat immortalitatem. Quam enim causam moriendi Christus habuisset, nisi habuisset & causam resurgendi? & si Nobis non resurrexit, utique non resurrexit qui

DISCORSO SULL' EVANGELIO

FRA LA SOLLENNITA' DELLA MESSA

Nella Metropolitana Chiesa di Vienna nel dì di Pasqua di Resurrezione di N. S. Gesù Cristo.

A 31. Marzo 1782.

A resurrezione gloriosa del Signor nostro Gesù Cristo è il modello de'Fedeli, che ne sono le membra, per credere la propria resurrezione, com' è nel Capo seguita, e che il Corpo sebbene corruttibile, e per la età incostante, e manchevole, acquisti dopo estinte colla morte tutte le passioni, e le miserie il pregio della immortalità. *Qual mai fu la cagione onde Gesù Cristo ebbe a morire, se non per dimostrare la ve-*

qui sibi cur resurgeret non habebat (1) *De Matre traxit, quod mortem subiit, a Patre detulit, quod mortuum suscitavit. Abdita erat in carne præsentia Majestatis, & in carnis infirmitate virtus latebat Divinitatis. Ineffabile hoc donum fuit, ac idcirco exultet caro nostra, quæ vere terra est, sed glorificata per Christum quandam Divinitatis societatem emeruit: ac morte a Nobis depulsa Infernus tyrannicam dominationem amisit, & humanum genus jam peccati lege prædamnatum dono gratiæ regenerari docetur. Credatur plane Resurrectionis nostræ Dogma ex Oraculis Prophetarum, ex Evangelio, ex Christi Domini exemplis, qui Lazarum clamavit ex monumento, qui adolescentem matri viduæ restituit, qui Archisynagogi filiam ad vitam revocavit, ut futuræ resurrectionis veritatem roboraret. Erubescant igitur & confundantur, qui audacter etiam hodie veritatem Dominicæ, & nostræ Resurrectionis (ut plures fortasse vestrum non latet) in dubium revocare, & lacessere non verentur. Nam dum student Divina consilia terreno sensu detorquere, misere desipiunt, & juxta sermonem propheticum abominabiles facti sunt in studiis suis. Desinant illi propterea, se in Ecclesia nobiscum esse gloriari, quoniam in Congregatione Sanctorum post Resurrectionem esse non poterunt.*

Au-

verità della resurrezione? E se per nostra cagione non ebbe a risorgere, non sarebbe ciò avvenuto, perchè Egli per se tale necessità non avea. (1) Ebbe dalla Madre ciocchè era alla morte soggetto; dal Padre ricevè quello, per cui fece il morto risorgere. Era sotto il velo della umanità nascosta la Maestà della sua presenza, e nella debolezza della carne ci era la virtù della Divinità occultata. Dono indicibile fu questo, e con ragione ne và baldanzosa la nostra carne, che essendo tutta fango è stata glorificata ciò non ostante per mezzo di Gesù Cristo, ed ha meritato di pressocchè partecipare del dono della Divinità. E con ciò viene ad insegnarci, che discacciata la morte, ch'era contro di Noi, abbia l' Inferno il tirannico dominio perduto, e che l'Uman Genere già per la pena del peccato anticipatamente dannato, col dono della grazia si sia alla vita ringenerato. Credasi pure l' insegnamento della nostra resurrezione in forza dell'Oracolo de' Profeti, dell' autorità degli Evangelj, e degli esempj di Gesù Signor Nostro, che chiamò dal Sepolcro Lazaro; che restituì il figliuol giovanetto alla Vedova Madre; che in vita richiamò la figliuola del Principe della Sinagoga, per vieppiù assodare la verità della resurrezione. Si arrossischino pure, e rimanghino confusi Coloro, che con auda-

(1) S. Ambros. de Fide Resurrection. num. 90., & 102. Tom. 4. Oper. edit. Venet. 1751. pag. 227., & 231.

(1) *S. Ambrog. de Fide Resurrection. num. 90., & 102. Tom. 4. Oper. ediz. Venez. 1751. pag. 227., &* 231.

Audiant Nos modo Filii ſæculi, audiant paleæ in myſtica area Eccleſiæ cum granis commixtæ; quod ſi Nos audient, paleæ amplius non erunt. Elegit enim Deus per os Noſtrum audire gentes Verbum Evangelii, & credere. Jeſus Chriſtus Dei Filius univerſam Mundi faciem diabolicis impietatibus inquinatam Divino immaculati Corporis ſui cruore deterſit. Vos igitur agnita fidei noſtræ veritate, rejectiſque Magiſtrorum impietatis deliriis, carnis Reſurrectionem ſimplicitate credite parvulorum, qui divinæ voluntati non parant argumenta, ſed fidem; jam nunc animum illuc intendite ad capienda & tenenda dona gloriæ Jesu Chriſti, ut Fides vitam veſtram muniat, atque a Fide vita non diſcrepet. Propterea, Dilectiſſimi, gloriemur munere Dominicæ Paſſionis, quæ Nos in ſalutem, & in jus paternæ pietatis vindicavit. Plurima quidem a Nobis explicanda eſſent Myſteria Dominicæ Reſurrectionis, quemadmodum Chriſtus Deus, qui a Patre non receſſit, in utero carnem acceperit, mortuuſque ſit, &

dacia oggigiorno eziandio non han ribrezzo di mettere in forſe, e di attentare ſulla verità della reſurrezione del Signore, e della noſtra, come da molti di Voi non s' ignora; poicchè mentre ſi sforzano con umani argomenti ſtravolgere i ſtabilimenti Divini, miſeramente vaneggiano, e ſecondo la fraſe profetica ſi rendono nel loro ſapere abominevoli. Laſcino Coſtoro di gloriarſi eſſer con Noi tra 'l numero de' Fedeli, perchè non potranno dopo la reſurrezione eſſere nella unione de' Santi.

Ci aſcoltino però i Figli del Secolo, e le paglie nell' Aja miſtica della Chieſa col grano meſcolate, poichè ſe ci aſcoltano non più paglie rimarranno. Imperciocchè ha ſtabilito Iddio di far' a tutti ſentire la parola dell'Evangelio per mezzo del Noſtro Miniſtero, e preſtarvi tutta la credenza. Gesù Criſto figliuol di Dio col Divino Sangue del ſuo immacolato Corpo ha tutta la Terra mondata dall' infernali empietà macchiata. Voi per tanto dopo di aver la verità della noſtra credenza conoſciuta, e riprovati gli delirj della empietà de' Miſcredenti preſtate ferma credenza alla reſurrezione della Carne con quella ſincerità de'Fanciulli, che non oppongono argomenti alla Divina volontà, ma con riſoluta fedeltà la credono. Ora conviene di eſſere intenti di ricevere, e conſervare i doni della gloria di Gesù Criſto, in guiſacchè la fede fortifichi la voſtra vita, ed alla fede non ſia il tenore della voſtra vita contrario. Quindi Dilettiſſimi, dobbiamo rallegrarci del do-

& de sepulcro surrexerit: Quid sibi velit adventus Mulierum ad monumentum: Quid terræmotus magnus: Quid Angeli descensus: Quid revolutio lapidis: aliaque plura, quæ tum vetera, tum nova Mysteria complectuntur; at nimis sermo procederet, iisque exponendis pro temporis angustia prohibemur. Satis quidem est, Dilectissimi, Vos monuisse, quod hodie Fides Ecclesiæ confirmata est in Christo, & si in Adam omnes moriuntur, ita & in illo omnes vivificabuntur. Si olim in Ægypto per Agni victimam Paschale Sacramentum mystice peragebatur, nunc per Evangelium, Divinæ Resurrectionis dies celebratur. Illic Ovis de Ovili, hic ipse Pastor immolatur. Hinc tenebrosa Judæorum turba, quæ crucis virtutem enervare, ac opus salutis imperfectum reddere satagebat, Redemptorem instigabat, ut de cruce descenderet. Sed ipse tempus patiendi complere voluit, quo passio consumaretur, ut Nobis documenta relinqueret, non esse tempus pænitentiæ intercipiendum, nec denuo ad sæculi delicias revertendum. Hinc in odierna S. Evangelii lectione, non solum annunciatur, quod Christus resurrexit, sed additur, Non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum, *ut nos instrueremur, quod vere non resurgit, qui adhuc permanet, ubi mortuus fuerat, neque qui in id amat recidere, unde surrexit.*

Opor-

dono della passione del Signore, che soffrì per la nostra salvezza, e per sua paterna misericordia. Molti misteri al certo da Noi si avrebbero da spiegare della resurrezione del Signore, cioè come Gesù Cristo essendo Iddio, e che dal Padre non si separò prese nell' Utero carne umana; ebbe a morire, e risuscitò dal Sepolcro; cosa dinotò la venuta delle Donne al Monumento; il gran tremuoto; la discesa dell' Angelo; la rivoltura della pietra, ed altri fatti, che non meno gli antichi, che gli novelli misteri comprendono; ma troppo ci dovremmo dilungare, e l' angustie del tempo ci son di ostacolo per tutto esponere. Basta fin quì, Dilettissimi di avervi raccordato, che di presente la fede della Chiesa verso Gesù Cristo è appieno assodata; e siccome tutti debbono per cagion di Adamo morire, così per cagion di Gesù Signor nostro tutti saranno vivificati. Se anticamente nell' Egitto per la vittima dell' Agnello il mistero Pasquale si sollennizava, ora per mezzo dell' Evangelio si celebra il giorno della Divina resurrezione: Allora l'Agnello dell' Ovile, ora il Pastore istesso vien sacrificato; quindi la cieca moltitudine de' Giudei, che s' ingegnava di snervare la virtù della croce, e di rendere infruttuosa l' opera della salute, tentava il Redentore di discendere dalla Croce; ma Egli volle compiere il tempo di soffrire, per cui compiuta rimanesse la passione, per dare a Noi l' ammaestramento di non doversi intermettere il tempo della penitenza, nè ritornare alle delizie del Secolo. Quindi nella

Oportet in cruce nostra perseverare, donec requiescamus a laboribus nostris, neque retro, & in terram Ægypti respicere fas est, ne pedes per compunctionem lotos iterum inquinemus. Et sicut Redemptor noster prodesse, ac placere Nobis moriendo voluit, ita nostrum est ei non displicere vivendo. Ne terreant vos quæso actæ jam vitæ inquinamenta. Etenim vel unius meritum confessionis cuncta Latronis rogantis scelera dispunxit, in quo uberior fuit gratia, quam precatio. Nemo propterea esse debet, qui de misericordia, & gratia disperet, modo repudiatis erroribus fides Latronis succedat. Bonus Pastor venit ad colles & montes, ut Ovem errantem inveniret. Eam vero cum invenit, iisdem subvexit humeris, quibus & crucis lignum sustulit, eoque in ordine collocavit, ubi aliæ erant, quæ nunquam ab ovili desciverant. Nonne ipse Magister est, qui pacem Discipulo proditori non negavit? Se enim ostendit, ut Deum ad remittendum, ut Sponsum ad amandum, ut Agnum ad expiandum. Sanguinem dedit in redemptionem, & simul aquam effudit de latere suo in ablutionem. Ita Sanguis redemit, ut peccatum non regnet in corpore nostro, & sic aqua abluit a peccatis, quæ antea commisimus. Sacrilegum plane facinus esset, si pœnitentia vestra ex quadam simulatione, &

la lezione dell' Evangelio di questo giorno non solamente si fa parola, che Gesù Cristo ebbe a risorgere, ma si soggiugne, *Non è più quì, ecco il luogo ove lo posero*, per istruirci, ch' efficacemente non risorge chì tuttavia rimane ove era morto, nè Chi brama di ricadere dove si levò.

Fa d'uopo di perseverare nella nostra Croce fin'a che non prenderemo riposo de' travagli nostri, nè conviene volgerci in dietro, e guardare nella terra di Egitto, affinchè i nostri piedi per la penitenza resi mondi, di nuovo contaminati non rimanghino. E siccome il nostro Redentore volle morendo giovare a Noi, ed appagarci, così non è gratitudine di arrecarli dispiacere colla nostra vita. Non vi atterrischino, vi preghiamo, le lordure della vostra trascorsa vita, poicchè il merito soltanto di una confessione cancellò tutte le sceleraggini del Ladrone, che pregò, e fu in lui maggior la grazia, che l' efficacia della preghiera; e perciò niuno disperar deve della pietà, e della grazia Divina, purchè detestati gli errori venghi ad avere la fede del Ladrone. Il buon Pastore scorre i Colli, ed i Monti per rinvenire la smarrita pecorella, e ritrovandola sù que' medesimi omeri l'adatta, su cui trascinò la croce, e la ripone tra quelle, che dall' ovile non mai si allontanarono. Non è lo stesso Maestro, che non negò la pace al traditor Discepolo? Si mostrò come Dio nel perdonare, come Sposo nell' amare, come Agnello nel pagare il fio degli altrui delitti. Diede il suo Sangue per la redenzione, ed insieme diffuse l' acqua

& sola temporis procederet consuetudine, quia irrisor esset, & non pœnitens, qui ea adhuc agere pergeret, quæ flere non desinit. Aliter dies hæc reconciliationis, & pacis in ruinam, & perniciem vestram verteretur; vosque procul dubio socii Judæ efficeremini, in quem Satanas intravit post bucellam. Eos tamen, qui per fragilitatem sæpe in multis offendunt, frequenti oportet contritione, & ablutione reparari. Quemadmodum Elisæus præcepit Nahamano lepraso, ut septies in Jordane mergeretur, atque ita mundatus a lepra convalesceret.

Tota ergo mentis acie ad illustre Resurrectionis trophæum intendite, ac per veram compunctionem omne antiquæ cupiditatis vestigium abstergite, ne quod donavit Dei gratia, Diaboli furetur invidia. Ascendite Filii per humilitatem ad sublimia; Nam qui aliter pergit, ruit potius, quam ascendit. Nunc denique Pascha celebrabitis, si sensus vestri Dominicum Panem redolentes, nulla Dæmonis aspersione coalescant, & nullæ malarum cogitationum tenebræ in cordibus vestris tanti Sacramenti lumen obnubilent. Nemo enim potest cum Diabolo scelerum habere consortium, simulque Mysterium sanctitatis celebrare cum Christo. Curra-

qua del suo lato, per nettare le nostre colpe; così col Sangue ci ebbe a redimere, acciò non dominasse nel nostro corpo il peccato, e coll' acqua ci asterge da' peccati commessi. Sarebbe però un sagrilego attentato se la nostra penitenza da una certa simulazione, e da uno uso procedesse, perchè sarebbe un'Irrisore, e non un Penitente, non lasciando di fare quello, che sta addolorandosi di aver fatto; e questo giorno di riconciliazione, e di pace in vostro danno, e ruina si rivolgerebbe; e Voi senza dubbio diverreste compagni di Giuda, in cui per mezzo di un boccone di pane vi entrò Satanasso. Que' però, che per debolezza spesse volte cadono nello errore, debbono con frequenti atti di contrizione, e di confessione rimettersi, come Eliseo ordinò a Naamano leproso, che più, e più volte nel Giordano si bagnasse, affinchè di tal fatta dalla lepra mondato la perduta sanità ricuperasse.

Con tutta la forza dello spirito volgete il pensiere all' illustre trofeo della resurrezione, e per mezzo di una vera compunzione nettate ogni orma dell' antica concupiscenza, acciò il dono ricevuto dalla grazia di Dio non ve lo strappi l' invidia del Diavolo. Salite figliuoli per mezzo della umiltà sulla sublimità de' misteri, poichè Chi altrimenti opera piuttosto precipita, che al sublime perviene. Ora finalmente celebrerete la Pasqua, se i vostri sensi, che del pane del Signore rendono odore non siano da qualche diabolica passione attaccati; le tenebre de' cattivi pensieri de' vostri cuo-

ramus itaque per viam mandatorum, qua ab eo trahimur, & oculi noſtri ſint ſemper ad Dominum, ut ipſe de laqueo evellat pedes noſtros. Gaudeamus vos excitaſſe ad digne ſuſcipiendas obſervationes ſanctas, a quibus totum pendet opus ſalutis animarum. Sed monere ſimul non deſinimus, ut hodiernam lætitiam cum mærore conjungatis, ut meror ſit pro peccatis, lætitia pro parata æterna jucunditate. Jam vero anima Noſtra conglutinata eſt animabus veſtris, & pares animos fecit parilitas charitatis, ut ſic vobiſcum in cœleſti gloria conſtituamur. Quod Deus concedat per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

cuori non annebbiano il lume di sì gran Sacramento; poicchè niuno può col Demonio aver ſocietà nelle ſceleraggini, ed inſieme con Gesù Criſto celebrare il miſtero della Santità. Caminiamo in fretta per la via de precetti evangelici, e gli occhi noſtri ſiano ſempre intenti al Signore, acciò Egli da' lacci liberi i noſtri piedi. Ci rallegramo di avervi eſortati ad intendere le Sante rifleſſioni, da cui tutta l'opera della ſalute delle anime dipende, ma non ci rimanghiamo inſieme di ammonirvi, di congiugnere all'amarezza il preſente gaudio, acciò l'amarezza ſia per li falli commeſſi, e'l gaudio per l'apparecchiato eterno diletto. Già il noſtro ſpirito è col voſtro unito, e la uguaglianza della carità ha gli animi noſtri reſi uniformi, affinchè nella iſteſſa maniera ci poſſiamo incontrare nella gloria eterna, che Iddio ci conceda per li meriti di Noſtro Signore Gesù Criſto.

A. Zaballi f.

ALLOCUTIO	DISCORSO
HABITA	FATTO
IN PUBLICO CONSISTORIO	NEL PUBBLICO CONCISTORO
VINDOBONÆ IN AULA IMPERIALI	DI VIENNA NELLA CASA IMPERIALE
Die XIX. Aprilis MDCCLXXXII.	*Nel dì 19. Aprile 1782.*

Ntequam Consistoriali huic actioni finem imponamus, quæ latere neminem oportet, ex hoc loco præterire silentio nolumus. Gratum quippe Nobis fuit, Imperatoriam Majestatem, quam semper magni fecimus, coram intueri, ipsumque Cæsarem peramanter complecti. Pro muneris Nostri ratione sæpe Eum alloquuti sumus, & plurimum in Eo urbanitatis, qua Nos Augusto Domicilio suo honorifice excepit, & liberali quotidie officio habuit, singularem quoque in Deum devotionem, præstantiam ingenii, summumque in rebus agendis studium admirari debuimus. Neque minori solatio Paternum animum Nostrum erexit pietas & religio, quam in splendida hac

Ria che s' imponghi termine al presente Concistoro, permetter non possiamo passar sotto silenzio ciocchè conviene a Tutti esser noto; poicchè fu Nostro piacere di personalmente veder la Maestà dell' Imperadore, di cui sempremai ne abbiamo tenuto conto grandissimo, e di teneramente abbracciarlo. Per cagion del nostro Ministero abbiamo spesse fiate col Medesimo ragionato, ed ammirare abbiam dovuto non solamente la di Lui somma urbanità, colla quale ci ha onorificamente nel suo Imperial Palagio ricevuto, ed officiosamente, e con magnificenza trattato, ma ancora la particolar divozione verso

hac Urbe, & populis in itinere Nobis occurrentibus sartam incorrumptamque manere cognovimus. Quare non modo eam laudare, sed assiduis etiam orationibus precibusque Nostris fovere nunquam prætermittemus. Imo Deum Optimum Maximum vehementer obsecramus, ut qui se tendentes non deserit, eos in sancto proposito confirmet, ac uberi cœlestium Benedictionum rore perfundat.

so di Dio; la elevatezza dell'ingegno, e la somma applicazione nella spedizione degli affari. Con non minor contento ha il paterno Nostro animo sollevato la pietà, e la Religione, che così interamente si conserva in questa Illustre Città, e ne' Popoli, che nel viaggio ci sono all'incontro venuti, perlocchè non solamente tutto lodiamo, ma colle continue Nostre orazioni, e preghiere non mancheremo d'intercedere, affinchè Chi non abbandona Coloro, che a Lui si diriggono; loro confirmi nel santo proponimento, e ne' Medesimi diffonda l'abbondante rugiada delle celesti Benedizioni.

DE-

ORA-

DEPUTATORUM A SENATU AUGUSTANO

Ad Sanctissimum Dominum Nostrum PP.

ORATIO

Habita die secunda Maji MDCCLXXXII.

BEATISSIME PATER

AC PRINCEPS POTENTISSIME

Ustra sex, & septem effluxere secula, ex quo Augustæ contingit adorare sua intra mœnia Summum Pontificem Leonem IX; hodie PIUM SEXTUM Nobis venerari licuisse sera invidebitur posteritas, utrumque Sidus Romanæ Sedis præstantissimum, utrumque Sanctum, utrumque amicum Cæsaris, amorem Principum, admirationem Orbis, Supremo Christi in Terris Vicario, & Principis potentissimo congruos exhibendo honores, & profundissimam manifestando lætitiam longissime impares, in Serenissimi Electoris, & Archipræsulis Trevirensis, & Episcopi Augustani pietatem, munificentiam, & facultates principes se devotissime reponentes Duumviri, Consules, & Senatus, Domini, ac Superiores Nostri, injunxere Nobis, ut ad pedes Sanctitatis, & Celsitudinis Vestræ provoluti, gratias pro gloriosissimo adventu in Augustam persolvamus humillimas, subjectionem profiteamur fidelissimam, & venerationem submississimam, simulque dona pro more Status Summis destinata Regibus offeramus, ac pro inconcussa in longævitatem salute, pro omnimoda

ORAZIONE DE' DEPUTATI DAL SENATO DI AUGUSTA

Al Santissimo Pontefice Signor Nostro

Recitata nel dì 2. Maggio 1782.

BEATISSIMO PADRE,

E PRINCIPE POTENTISSIMO.

Ono ormai 730. anni da che occorse alla Città di Augusta adorare fra le di lei mura il Sommo Pontefice Leone IX. I Posteri dovranno invidiarci, se oggi habbiam noi la occasione di venerare PIO SESTO, l'uno, e l'altro splendore esimio della Sede Romana; ciascuno di loro Santo; tutti e due confidenti di Cesare, amore de' Principi, ed ammirazione del Mondo. Al Supremo Vicario di Cristo in Terra, ed ad un sì potentissimo Principe usando gli convenienti onori manifestiamo benchè incapaci la gioja inesplicabile degli Serenissimi Elettori, Arcivescovo di Treveri, e Vescovo di Augusta. Tali due Personaggi, i Consoli, ed il Senato padroni, e nostri superiori communicandoci la di lor religione, munificenza, e facoltà ci hanno imposto di prostrarci a i piedi della Santità, e Grandezza vostra, con rassegnarvi umili i ringraziamenti pel glorioso arrivo in Augusta, protestandovi fedelissima dipendenza, e subordinato rispetto. Vi offeriamo i donativi, che per antico costume dello Stato si presentano a' supremi Re-

da felicitate principali, pro gloria supereminenti & tranquillitate, & incremento utriusque Regni votis concludamus obsequiosissimis, devotissimis, humillimis, Benedictionem Apostolicam, summam gratiam & clementiam in universos cum Senatu Cives submississime exorantes.

Regnanti; ed augurandovi lunga età, felicità costante, gloria sovraeminente, tranquillità, ed aumento dell' uno, e l' altro Regno terminiamo umilmente, chiedendovi con incessanti, ed ossequiosi voti l' Apostolica Benedizione, ed uno speciale, e clemente padrocinio in ver del Senato, e de' Cittadini tutti.

RESPONSIO

AD AUGUSTANOS DEPUTATOS

Eregregiam obsequii Vestri significationem libenter intelleximus, & grato animo accipimus. Nostri huc accessus ratio ex repetitis officiis eximii Principis Electoris Trevirensis Episcopi vestri processit, qui ob maximas virtutes suas, præclaraque in Romanam Cathedram, & in Nos merita est sane Nobis, uti debet esse, carissimus; ejusque Nos idcirco dignitatis ac amplitudinis plurimam semper rationem habebimus.

Jucundum quoque fuit inspicere florentissimam hanc Urbem pulcherrimorum Ædificiorum frequentia, commerciique opportunitate conspicuam. Jam in ipsa gratiarum actione, quas Vobis referimus pro hoc luculento officio vestro, proque donis à Statu decretis Deum Optimum Maximum precamur, ut

RISPOSTA

A' DEPUTATI DI AUGUSTA

Abbiamo inteso benvolentieri, e di buon cuore ricevuto il singolarissimo attestato del Vostro ossequio. La ragion, per cui quì ci condussimo si fu per gli continuati ufficj dell' egregio Principe Vostro Elettore Vescovo di Treveri, il quale per le sue eccellenti virtudi, chiarissimi meriti verso di Noi, e della Romana Sede ci è certamente, come richiede, oltre modo caro; perciò Noi faremo sempre giustizia alla di Lui dignità, e grandezza.

Ci riuscì ancora giocondo l' osservare questa fioritissima Città, ragguardevole per la moltitudine delle bellissime fabbriche, e per il commodo del commercio. Nel ringraziarvi di un tanto sincero ufficio, e mercè le offerte esibiteci per munificenza dello Stato pregaremo il misericordioso Iddio,

ut qui sunt Cives & Domestici Dei, in ejus cultu cum fervore concrescant; Qui vero sunt hospites & advenæ, spiritu suæ claritatis illustrentur, & in viam salutis adducantur (1). *Ut Nos æque omnes complecti posse gaudeamus.*

dio, acciochè quanti sono i Cittadini, e gli servi del Signore vieppiù s' infervorino nel di lui culto: Quelli poi, che sono o Pellegrini, o Forestieri siino illuminati dalla di lui santa fede (1), per così incamminarsi per la via del Paradiso, ed esser ancora Noi a parte del di loro godimento.

ALLO- DIS-

(1) Quas hospitum, & advenarum voces B. Paulus Apostolus in Epist. ad Ephes. Cap. 2. applicuit Judæis, & Gentilibus ante receptum Evangelium, extendunt SS. Patres ad omnes, qui cœlestem Civitatem non sunt assequuturi, ut S. Jo: Chrysostom: Homil. 6. Litt. B. in eamdem Epist. Theophilact. ibid. Cap. 2. num. 19.

(1) *Le voci di Pellegrini, e Forestieri applicavansi dall' Apostolo S. Paolo nella Epistola agli Efesi* [Ep. 2.] *a i Giudei, e Gentili, che nacquer pria della pubblicazion dell' Evangelio. I SS. Padri n' estendono il senzo a Coloro, che per conseguire non saranno il Paradiso, come opinarono S. Gio: Crisostomo* [Omel. 6. lett. B. nella med. Epistol.] *e Teofilatto* [luog. stess. Cap. 2. num. 19.]

ALLOCUTIO

HABITA IN SACRARIO ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPALIS FERRARIENSIS

Die XXII. Maij MDCCLXXXII.

VENERABILES FRATRES.

N Consistorio Secreto, quod habuimus in Palatio Quirinali die XII. Julii MDCCLXXIX. duos creavimus S. R. E. Presbyteros Cardinales, quorum unum tunc enunciavimus Cardinalem Franciscum Herzan: Alterum vero in pectore reservavimus abitrio Nostro quandocumque declarandum, isque fuit Alexander de Matthæis Archiepiscopus Ferrariensis. Tot sunt spectata ipsius merita, quibus per quinquennium & ultra Ferrariæ Diœcesim mirifica probitate, prudentia, caritateque gubernat, ut diutius ab incerto inclinantis Vitæ Nostræ progressu pendere non debeat ipsi decreta ad Cardinalatum provectio. Quare transitus Noster per hanc Civitatem

DISCORSO

TENUTO NELLA SAGRESTIA ARCIVESCOVILE DI FERRARA

Nel dì 22. Maggio 1782.

VENERABILI FRATELLI.

El Concistoro secreto tenuto nel Palagio Quirinale nel dì 12. Luglio 1779. creammo due Cardinali Preti della S. R. Chiesa; uno si fù il Cardinale Francesco Herzan; l' altro lo riserbammo in petto, da dichiararlo quando ci piacesse ad arbitrio Nostro; e questo si fu Alessandro Mattei Arcivescovo di Ferrara. Riguardando i di lui meriti, per aver con somma probità, prudenza, ed amore governata per cinque, e più anni la Diocesi di Ferrara; ed affinchè la di lui secreta promozione al Cardinalato non debba dipendere dalla dubbia continuazione della Nostra vita, perciò la opportuna occasione prenden-

tem opportunam præbet occasionem, ut ad gloriam Omnipotentis Dei, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ utilitatem, ac decus, palam evulgemus, & publicemus ejus adlectionem in amplissimum Fraternitatum Vestrarum Collegium.

Quid Vobis videtur?

Auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra declaramus S. R. E. Presbyterum Cardinalem præfatum Alexandrum de Matthæis cum derogationibus & clausulis necessariis & opportunis. In nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

do del Nostro passaggio per questa Città, ne manifestiamo, e pubblichiamo palesemente per la gloria di Dio, utilità, e decoro della Santa Romana Chiesa la dilui elezione per un de' Fratelli del Vostro ragguardevole Collegio. Cosa ve ne sembra? Mercè l'autorità dell'Onnipotente Iddio, de' Santi Apostoli Pietro, e Paolo, e Nostra dichiariamo l'enunciato Alessandro Mattei Cardinale Prete della Santa Romana Chiesa, con tutte le derogazioni, e clausole necessarie, ed opportune. Nel nome del Padre ✠, del Figliuolo ✠, e dello Spirto Santo ✠. Così sia.

HOMILIA

Habita Die XXVIII. Maji MDCCLXXXII.

IN CONSECRATIONE ECCLESIÆ CATHEDRALIS

CORNELIENSIS

I Cathedralis Ecclesia, quum proprius consecratur Episcopus, tota festiva, & compta procedit, ac vario sese decorans ornatu, lætitiam producit in conspectum omnium Filiorum suorum, ut eximius Doctor Chrysologus vester commemorat (1), *jam hodie ipsa, Dilectissimi, longe majori exultat gaudio; quoniam non sponsi, neque filii, germinisque sui consecratio peragitur, sed proprius ejus Natalis dies celebratur. Quare multo potiori ratione nunc plenum amoris sinum aperit, maternos extendit amplexus, ac divinis in Canticis psallit, ut omnes ad congaudendum sibi gremio caritatis includat.*

Atque hic opportunum videtur, ut in memoriam vobis revocemus, qui vetusti huius Templi status fuerit, pla-

(1) Serm. 130. edit. August. Vindelic. 1758.

DISCORSO SULL' EVANGELIO

Recitato nel dì 28. di Maggio 1782.

NELLA CONSECRAZIONE DELLA CHIESA CATTEDRALE

D' IMOLA

E la Chiesa Cattedrale, allora chè si consacra il proprio Vescovo tutta festeggia, e da varj apparati vagamente ornata dimostra un giubilo alla vista di tutti i di lei Figliuoli, siccome rammenta l' esimio Crisologo vostro Dottore (1), in questo presente giorno, Dilettissimi, l' allegrezza è di gran lunga maggiore, poicchè non si tratta della consecrazion dello Sposo, nè del figliuolo, nè del di lei germoglio, ma si solenniza il suo proprio natalizio giorno. Per il che con più soda ragione ora apre l'amorevole seno, allarga le materne braccia, e gioisce fra gli cantici divini, affinchè riunisca tutti a goder seco nel grembo della carità.

E quì sembra opportuno di raccordarvi qual si fù lo stato di cotesta antica Chiesa picciola affatto, e diffa- dor-

(1) *Sermon. 130. ediz. di August. Vindelic.* 1758.

plane angusti, & squallidi, ut tanto magis percipiatis, quam splendidam modo, ac decoram in faciem abjecta jam vetustate conversum sit. Sæculo duodecimo Henricus Episcopus hujus nominis secundus Ecclesiam Cathedralem Corneliensem a proximo S. Cassiani Oppido ad novam transtulit Citatem. Episcopus vero Sinibaldus die XXIV. Octobris Anni MCCLXXI. eam solemniter consecravit in honorem ejusdem S. Martyris, de cujus origine, & Episcopatu difficiles repeti quæstiones audivimus in Civitate Brixinensi, quum ibi a Germania reduces in Episcopio consisteremus. Ab eo sæculo Templum sæpe reparatum, auctumque fuerat, & præsertim a tribus Episcopis civibus nostris Jacobo nimirum Passarella, qui sacrarium adjecit, & turrim campanariam absolvit, atque a Hieronymo Cardinali Dandino, qui magnum fornicem, quo tota Ecclesia tegebatur, super imponendum curavit, addititque ornamenta Choro, quæ postea Anastasius Ubertus ejus Fratris Filius, & in Episcopatu ex resignatione successor, perfecit. Nihilominus pro antiquitate, ac injuria temporis ad deformitatem fere pervenerat. Qua de re alter Cæsenas, qui vester nunc adest Episcopus, animo roboratus vetustum Templum solo equandum, ac novum in ampliorem elegantioremque formam extruendum a fundamentis constituit. Nobile, ac sumptuosum opus auspicatissime incœpit, idemque numeris omnibus absolvit. Alii Prædecessores sui eidem operi manus admovere fortasse cogitarunt. Sed

dorna, affinchè meglio intendiate quanto ora sii divenuta illustre, ed ornata rispetto a quelch'era ne' tempi andati. Nel Secolo XII Errico Vescovo II di questo nome trasferì nella nuova Città la Chiesa Cattedrale d'Imola dal vicino Paese di S. Cassiano. Il Vescovo Sinibaldo a 24. Ottobre 1271. la consecrò sollennemente in onore dell' istesso S. Martire; della di cuì origine, e Vescovato ascoltassimo nella Città di Brixen difficili e lunghe questioni, mentre ritornando dalla Germania là fecimo dimora. Da quel Secolo fù quella Chiesa rinovata, ed accresciuta; specialmente da tre Vescovi nostri Cittadini, cioè Giacomo Passarella, il quale vi aggiunse la Sacrestia, e terminò il Campanile; dal Cardinal Girolamo Dandino, di cui fù il pensiere di costruire al di sopra la gran Cupola, che difende l'intera Chiesa, con aggiugnere gli ornamenti al Coro, perfezzionati poi d'Anastasio Uberto di lui Nipote da Fratello, successore al Vescovato per sua rinunzia. Ciò non per tanto coll'andar degli anni decadde di nuovo; per cui uno di Cesera (1) al presente vostro Vescovo, infervorato da zelo, ha eretto da fondamenti quel Tempio tutto diruto, ed antico in una nuova, e delicata costruzione. Egli ne cominciò la nobile, e magnifica opera, ed egli istesso l' ha perfezzionata. Andiè forse in talento a i di lui Predecessori di far cosa simile, ma habbiam veduto accadere quelche successe a Davide, il quale fu spinto da un certo religioso pensiere d'in-

(1) *Cardinale Gio: Carlo Bandi Vescovo d' Imola, e Zio di S. S.*

Sed illud vidimus contigiſſe, quod accidit Davidi, qui ductus ſola quadam religioſa cogitatione, cœpit moveri, ut Altiſſimo Domum ædificaret in terris, ſed gloria Operis reſervata fuit Regio Filio Salomoni. Hinc jure quodam proprio conſacrari hæc a nobis debuit Eccleſia, tamquam opus illius, quicum non modo Patria, ſed ſanguinis neceſſitudine conjuncti ſumus.

Advertite ergo animum ad novum ejus fulgentem ſtatum, qui ſanctitatem ſpirat, voſque excitat, ut a terrenis rebus abſtracti ad cœleſtia rapiamini. Hic, ait Chryſoſtomus, Prophetæ clamant, hic Apoſtoli Evangelium prædicant, hic Chriſtus in medio ſtat, hic Pater ſuſcipit, quæ fiunt, hic Spiritus Sanctus lætitiam ſuam impertit. Templum enim de lignis, & lapidibus eſt ædificatum, ſed ut Templa Dei viventis ibi congregentur; quoniam non ſolum in manufactis habitat Deus, ſed magis in anima ad ſui imaginem manu ipſius Artificis condita. Si igitur Templum Dei eſſe meruiſtis, frequenter ad lapideam hanc Eccleſiam convenite, ut animas veſtras inſimul conſecretis; exaudiet enim Deus orantes in loco iſto. Non itaque perraro ad eam accedite, nec ſolum quando prurientes voces, ac bene ſonantia perſtrepunt inſtrumenta, vel quando major Populi eſt frequentia, ut ab aliis videamini, aut venuſtas formas conſpiciatis. Audite Chryſologum clamantem: quid eſt, quod Eccleſiam mane nolumus intrare; quid eſt quod matutina prece totius diei cuſtodiam nolumus poſtulare: quid eſt quod homini adſtare toto tempore libet, & Deo adſiſtere,

d' innalzare a Dio un Tempio in Terra; ma la gloria di quella opera era riſerbata al di lui Regal Figliuolo Salomone: Quindi ſiamo in obbligo di conſecrar queſta Chieſa, non meno per eſſere opera di un noſtro Concittadino, ma ancora perchè egli è noſtro parente.

Rivolgete adunque il cuore al nuovo, e maeſtoſo ſtato della medeſima, la quale iſpira ſantità, e v' invita nella dimenticanza delle coſe terrene, per godere delle celeſti. Quì parla il Criſoſtomo; vociferano i Profeti; quì gli Apoſtoli predicano l' Evangelio, quì in mezzo ſi attrova Criſto; quì il Padre gradiſce le offerte, quì lo Spirito Santo fà partecipe la ſua letizia. Benchè ſia il Tempio compoſto di fabbrico, e di legnami, è fatto però, perchè vi ſi congreghino i Tempj di Dio vivo, e vero; giacchè non ſolamente interviene il Signore nelle opere materiali, ma ſi eſtende ancora entro dall' anima, opera di ſue mani, ed a ſimilitudine della ſua immagine creata. Se dunque avete meritato di avere il Tempio di Dio, ſiate frequenti a convocarvi in queſta Chieſa, benchè di pietra, per così conſecrare inſieme le anime voſtre, ed eſſer da Dio eſauditi, mentre quì umili gli porgerete le preghiere. Non ci andate al raro; nè ſolamente quando le ſolletiche voci, o gli ben ſuonati ſtromenti ſi ſentono, o pure alloracchè vi concorre Popolo, per eſſer d' altri ammirati, o guardare le altrui bellezze. Aſcoltate il Criſologo, che declama, Coſa è quel

 non

re, nec puncto libet? (1) *Absint a vobis detractiones, fastus immodestiæ, conserti sermones, ne Templa vestra profanetis. Fœminæ vero, quæ sæpe in Ecclesiis immorantur, ut seducant, primæ currant ad lacrymas, quæ priores cucurrerunt ad lapsum; sequantur exemplum Matris Divi Gregorii Nanzianzeni* (2), *in qua tantus pietatis, & devotionis fervor est inventus*, ut in sacris conventibus nunquam illius vox audita sit, necessaria tantum, & mystica excepta... Nunquam venerandæ Mensæ terga obverterit, nec in divinum pavimentum expuerit. *Veniet ad vos Redemptor noster mille Angelorum Cobortibus circumdatus, ut vos pascat, & carnibus suis nutriat: occurrite illi in Templo, ac in ipso statim ingressu supplices orate, ut suo semper cultui reservemini, & misericordiæ suæ aquis vos abluat, nihilque insideat, quod Divinam dedeceat Majestatem.* **Cavete**, *ne murmur quidem audiatur lamentabilis vocis, quæ per Prophetam Jeremiam insonuit:* „ *Quid* „ *est, quod Dilectus meus, in Domo* „ *mea fecit scelera multa* „. *Et tamen oculi Domini semper aperti sunt, & ad humilium preces aures erectæ: Hic pauper intrabit, & Dominus sublevabit inopiam: Accedet afflictus, & consolabitur: Hic elationis spiritus debellabitur: Hic iracundiæ calor moderabitur: Hic æstus incontinentiæ temperabitur: Et quid orantibus non dabit Dominus, eloquitur vester Chrysologus, qui seipsum non*

(1) Serm. 43.
(2) Orat. 19. in funer. Patris num. 10. Tom. 1.

non voler entrare di buon mattino nella Chiesa; cosa è quel non chiedere assistenza con efficaci preghiere in tutto il giorno; cosa è quel sacrificarsi per la intiera vita all' Uomo, e non a Dio? (1) Sian da voi lontane le maldicenze, le mode immodeste, gli discorsi in unione, per non profanare le vostre Chiese. Quelle Donne, che si fan vedere spesso nel Tempio, per far preda vadin le prime a piangere, se le prime furono a peccare, e sequino l'esempio della Madre di S. Gregorio Nazianzeno (2), nella quale fù sì grande il fervore della pietà, e della divozione, che nelle sacre unioni non s' intese mai la di lei voce, se non per profferire le Orazioni. Mai voltò le spalle al Sacro Altare, nè mai sputò in Chiesa. Venghi à Voi il nostro Redentore, circondato da mille schiere di Angeli, per pascervi, e nudrirvi colle sue carni; uscitegli all' incontro nel Tempio, in cui entrando, supplichevoli pregatelo perchè vi mantenghi sempre nella sua fede, e colle acque della sua misericordia vi lavi, e nulla vi rimanghi, che offender possa la divina Maestà. Siate guardinghi a non far sentire quel mormorio di doglianze, che s' intesero da Geremia, *cosa è, che il mio Diletto ha commesse entro della Casa mia tante scelleragini?* E pure il Signore è sempre vigilante, per ascoltare le preghiere degli Umili: Quì entra il Povero, ed il Signore lo sovviene; ci si acco-

(1) *Serm.* 43.
(2) *Oraz.* 19. *nella morte del Padre n.* 10. *Tom.* 1.

non petentibus dedit, aut in respondendo quam faciet moram, qui in dictandis precibus vota supplicum sic prævenit (1)? *Sed si surdæ facta sunt aures ejus, vos eas occlusistis, quia non disciplina humilitatis, & timoris, sed inflato corde postulastis. Atque ut jam hic cætera prætereamus, illud tamen repetere, vosque in Domino hortari non desinimus, ut speciosam hanc Ecclesiam diligatis ea charitate, qua eam dilexit Chrysologus vester, qui professus est:* „ *Omnibus* „ *quidem Ecclesiis venerationem &* „ *fidelissimam me debere servitutem* „ *profiteor, sed Cornelienst Ecclesiæ* „ *inservire peculiarius, ipsius amore* „ *compellor; Cornelius namque bea-* „ *tissimæ memoriæ Pater mihi fuit,* „ *ipse me per Evangelium genuit,* „ *ipse pius piissime enutrivit, ipse* „ *sanctus sancta instituit servitute; ipse* „ *sacris obtulit, & consecravit Altari-* „ *bus, & ideo mihi clarum & colendum* „ *mirabile Cornelii nomen: amor er-* „ *go me compellit Corneliensis Eccle-* „ *siæ desideriis desideranter occurre-* „ *re* (2) „. *Nonne & vos paria recepistis beneficia? Inspicite sacrum Lavacrum, quo regenerati fuistis ad gratiam: Tribunalia Pœnitentiæ, quibus vos Deus suscitavit per veniam: Altaria, in quibus Hostia salutaris fuit pro vobis oblata: Cathedram veritatis, è qua cœlestis doctrinæ pabulo fuistis enutriti; Sepulcra majorum, quibus mortis pavor reddidit futuræ vitæ securitatem: Civium vestrorum Chrysologi, Maurelli, Proiecti,*

costa l'Afflitto, e se ne parte consolato: Quì si deprime la superbia; si raffrena il calor dell' iracondia, quì si smorza l'ardore dell' incontinenza. E quali grazie non compartirà il Signore a chi lo priega ragiona il vostro Crisologo, se diede se medesimo a chi nol chiedeva; anzi previene nell' esaudire; e quale prontezza non dimostrerà, se nelle grazie gli si domandano antéviene i desiderj di chi le chiede? (1) Ma se le di lui orecchie non più ascoltano, voi gliele avete chiuse, perchè non con sentimenti di umiliazione, e di timore, ma con superbia lo chiedeste. E per tralasciare il rimanente, convien di nuovo dire, senza terminar mai di esortarvi nel Signore, di tener prediletta questa bellissima Chiesa con quell' onore, col quale la distinse il vostro Crisologo, mentre dichiarò, Confesso esser tenuto di venerare, e servire tutte le Chiese, ma con un particolare amore son tenuto alla Chiesa d' Imola. Cornelio di beata memoria fù mio Padre; mi generò per l' Evangelio; pietoso mi alimentò nella Religione; Santo mi sottopose ad un santo gioco; egli mi offerì, e consacrò nelle Altari; e per ciò il mirabile nome di Cornelio mi è chiaro, e rispettoso, e l' amore per la Chiesa Corneliense (2) mi obbliga ad esserle grato (3). Voi dunque non riceveste forse simiglianti beneficenze? Guardate il sacro Fonte, ove rinasceste alla grazia; i Tribunali della Penitenza, ne' qua-

(1) Sermon. 67.
(2) Sermon. 165. omn. ex præcitat. edit.

(1) *Discos. 67.*
(2) *Dall' italiana lingua chiamata Imola.*
(3) *Discors. 165. della precit. Ediz.*

ſti, & Donati Exuvias, qui preces, & vota veſtra ſuis interceſſionibus divinæ obtulerunt Majeſtati. Ipſis acceptum referre vos oportet, quod inter noviſſimos concuſſæ terræ fragores, qui finitima loca, & Civitates devaſtarunt, vos ſola Divina voce moniti, incolumes cum domibus veſtris præſervati fuiſtis. Quis ergo ex vobis amantiſſimæ Matri, propitiis Civibus cultum non exhibebit humili corde, demiſſis oculis, gratiſque gemitibus, ne ſupra vos renovetur exemplum ſeveræ, promptæque vindiſtæ, quam Chriſtus Dominus exercuit in Judaico Templo contra ementes, & vendentes in illo? Quod Deus avertat.

Hora 22. *circiter Utinum attigit, & ad Palatium Comitis Antonini, inter confertissimum populum contendens, ibidem a Hieronymo Gradenigo Utinensi Archiepiscopo, Bonifacio a Ponte Episcopo Justinopolitano, Nob. viro Joanne Barbaro Utinensi Civitati Præposito, Clero, aliisque nobilibus Proceribus exceptus fuit.*

Superiora Palatii Cubicula conscendit, ac Utinensem Archiepiscopum, Episcopum Justinopolitanum, ac Civitatis Præsidem ad singularia colloquia excepit, plurimosque alios tam Cleri Utinensis, quam Civitatis procerum ad pedis osculum admisit.

Quoniam vero Serenissimæ Venetæ Reipublicæ Dominii confinia proxima erant, Sanctitas Sua, ut peculiarem suam benevolentiam, gratumque animum exhiberet erga sæpe jam laudatos Nob. Viros Equitem Contarenum, & Ludovicum Maninium S. Marci Procuratores, qui eundem in itinere summo studio, ac cura comitati fuerant, Contarenum pretiosa precaria corona donavit, Maninium autem adhuc Equestri Ordine non insignitum, hujusmodi honore decoravit.

Fer. V. 14. *Martii Utinum relinquens Goritiam pervenit, ibi in nocte commoraturus in mansione, quæ jussu, ac munificentia Cæsareæ Majestatis, tam ibi, quam aliis etiam in locis, in quibus in nocte Summus Pontifex Au-*

molti altri Nobili.

Mercoledì 13 Marzo verso le ore 15 si diresse per Udine Città cospicua della Repubblica di Venezia, dove arrivato nelle ore 22 andiè nel Palagio del Conte Antonini, quì ricevuto fra gli applausi del Popolo da Girolamo Gio: Gradenigo Arcivesc. di Udine, da Bonifacio da Ponte Vesc. di Capo d' Istria, dal Nobil Gio: Barbaro Governator della Città di Udine, dal Clero, e d' altri nobili Personaggi.

Asceso nell' Appartamento superiore del Palagio ammise in particolari discorsi l' Arcivesc., e Vesc. di Capo d' Istria, col Governator della Città; ed indi si fece baciare il Piede da moltissimi del Clero di Udine, e nobili della Città istessa.

E poichè eran già prossimi i confini dello Stato Veneto, piacque alla S. S. con particolar benivoglenza, e con sentimenti di somma gratitudine complimentare gli enunciati due Proccuratori di S. Marco Cavalier Contareno, e Lodovico Manini, i quali colla massima diligenza l'avean fatto compagnia, regalò al Contareno una preziosa Corona, e il Manini lo creò Cavaliere, cui ancor mancava tale onore.

Giovedì 14 Marzo lasciando Udine s'incamminò per Gorizia, in dove per comando, e munificenza di S. M. Imperiale si era stabilita nottata di alloggio, tra il numero delle altre, per dove transitar dovea il Sommo

Austriacas ditiones percurrens, immorari debebat, opportunè, ac summo studio paratæ jam fuerant.

Obvium ibi habuit Josephum Garampi Archiepiscopum Episcopum Montis Falisci Apostolicum apud Cæsarem Nuncium, Comitem de Cobentzl ab Imperatore delectum, ut Summum Pontificem in itinere comitaretur, Generalem Estherasi, Ecclesiæ Metropolitanæ Clerum, quampluresque alios Magnates.

Cohors militum, tam hic, quam etiam aliis in stationibus pro Sanctitate Sua designatis, agmine facto, ad sacræ ejusdem Personæ custodiam aderat. Sanctissimus Pater summa humanitate exceptis Apostolico Nuncio, Comite de Cobentzl, reliquisque omnibus, ad interiora cubicula se recepit.

Fer. VI. 15. Martii hora 12. ad Cathedralem Ecclesiam accessit, ut Missæ Sacrificio adesset, inde Adelsbergium se contulit, ibique a Francisco Filippo Inzaghi Episcopo Tergestino, quamplurimisque aliis obsequiosè exceptus fuit.

Sabbato 16. Martii ab Adelsbergio Laibacum divertit ubi in Palatio Ordinis Theutonici illi adstitere Vincentius de Scrottenbach Episcopus Lavanmundensis, & Carolus ab Herberstein Episcopus Laubacensis, multique alii proceres, qui à Summo Pontifice singulari benignitate excepti fuere.

Dominica 17. Martii Cillam contendit.

Fer. II. 18. Martii è Cilla Marpurghum accessit.

Fer. III. 19. Martii Græcium petiit, ubi a Josepho ab Arco Episcopo Sec-

mo Pontefice decentemente, e con somma dilicatezza adornate. Uscirono là a riceverlo l'Arcivesc. Giuseppe Garampi Vesc. di Montefiascone Nunzio Appostolico in Vienna, il Conte di Cobentzl prescelto dall' Imperatore per accompagnare il S. Pontefice; il Generale Estherasi, il Clero della Chiesa Metropolitana, e molti altri Magnati.

Una Compagnia di Soldati non meno in questo, che negli altri siti si vide destinata, per garentire la sacra persona della S. S., la quale dopo di aver accolti con parziale cordialità il Nunzio Appostolico, il Conte di Cobentzl, e gli altri tutti enunciati, si ritirò nell'interno del suo Appartamento.

Venerdì 15 Marzo nelle ore 12 andiede nella Chiesa Cattedrale, per esser presente alla Messa; indi si conferì in Adelsbergio, ricevuto da Francesco Filippo ab Inzaghi Vesc. di Trieste, e da molti altri rispettevolmente.

Sabato 16 Marzo d'Adelsbergio andiè in alloggio in Laubac, in dove nel Palagio dell' ordine Teutonico fu assistito da Vincenzo de Schrattenbach Vesc. di Lavant in Carintia; da Carlo ab Herberstein Vesc. di Lubiana in Carniola; da molti altri Nobili, ricevuti con singolar tenerezza del Sommo Pontefice.

Domenica 17 Marzo arrivò in Cilley, e Lunedì 18 Marzo da Cilley passò in Marpurgh; ed indi il Martedì 19 detto giunse in Gratz, dove fu complimentato da Giuseppe de Arco Vesc. di Secovia, dal Conte Paz-

Seccoviensi, a Comite Pozthazky Lieclestein Civitatis Præside, ab illustrioribus ejusdem Civitatis proceribus, & a Prælato Monasterii Sancti Lamberti Ordinis Cisterciensis, in ejusdem Monasterii Hospitio exceptus fuit.

Pazthazky Leictestein Governatore della Città, da molti Illustri Personagi della Città istessa, e dal Prelato del Monistero di S. Lamberto dell' Ordine Cisterciense, ove fu accolto.

Fer. IV. 20. Martii hora 13. Sanctitas Sua ad Ecclesiam B. Mariæ Virginis de Succursu nuncupatam, Ordinis Minorum Conventualium accessit, ibique ab Episcopo Seccoviensi, prædictique instituti alumnis, omni Ecclesiastico servato ritu exceptus, Missæ Sacrificio ad aram B. M. V. celebrato, adstitit; inde, ut communibus omnium desideriis morem gereret, Apostolicam benedictionem elargitus, è Græcio Motenum in Styria perrexit.

Mercoledì 20 Marzo nelle ore 13 la S. S. si condusse nella Chiesa della Madonna del Soccorso, servita da Minori Conventuali, e là dal Vesc. di Secovia celebratasi in funzione la Messa nell' Altare della B. M. V., assistente il SS. Padre, per soddisfare a i pubblici desiderj impartì l'appostolica benedizione, e poi da Gratz prese il camino per Pruch nella Styria.

Fer. V. 21. Martii Stupachum digressus fuit.

Fer. VI. 22. Martii è Stupacho Vindobonam feliciter pervenit.

Vindobonæ Summus Pontifex a die 22. Martii, usque ad 22. Mensis Aprilis diem in Imperiali Palatio commoratus fuit.

Giovedì 21 Marzo andiè per Stupaco, (che forse sarà Krumpach) e nel Venerdì 22 Marzo giunse felicemente in Vienna, ove si trattenne fino al dì 22 del mese di Aprile, dimorando nel Palagio dell'Imperatore.

Summo Pontifice Vindobonæ consistente, Cæsareæ Majestatis mandato statutum fuerat, ut Nobiles Excubiæ, dum domi moraretur, in ejusdem anteriori aula adessent, eodem servato ordine, prout in anteriori Imperiali aula, idemque ordo servaretur, dum eum per Urbem progredi contingeret.

Permanendo in Vienna il Sommo Pontefice erasi ordinato dalla Maestà di Cesare, che le Guardie Nobili lo servissero nell' Anticamera, mentre dimorava nell' Imperial Appartamento, nel modo istesso come servivan Cesare medesimo, osservando il modo equale a quello, quando andasse in giro per la Città.

Cum igitur Fer. II. majoris Hebdomadæ Festo Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis dicata, ad Ecclesiam Ordinis S. Francisci Cappuccinorum, inibi Missæ Sacrificium celebraturus, pergere constituerit ex Imperiali Palatio illuc divertens, aliquibus equitibus præce-

Avvegnachè nel Lunedì Santo cadeva il giorno della SS. Annunziata si determinò la S. S. voler celebrare nella Chiesa de' PP. Cappuccini; cosicchè dal Regal Appartamento là condottosi, fu preceduto da treno di Cavalli, e da Monsignor Crucifero, che

cedentibus, Papalis Crux a suo delatore equitante delata Pontificis currum anteibat; Summus Pontifex in nobili Curru sejugo, Francisco Marcucci Patriarca Constantinopolitano, & Josepho Maria Contessinio Archiepiscopo Athenarum ipsum inservientibus, Crucem sequebatur. Currum custodiebant duæ nobiles excubiæ Ungaricæ, duæque Gallicianæ patrio more indutæ; Duo alii Currus similiter sejugi Pontificem comitabantur, in quorum primo cum præsulibus Sanctitatis Suæ famulitio addictis locum occupabat Nobilis Aulicus Imperialis Aulæ, qui unaquaque die a Majestate Sua delectus fuerat, ut in intimo Cubiculo apud Pontificem adesset, eodem fermè pacto, ac ordine, ut in Imperatoris aula servari solet. In tertio tandem curru, reliqui Pontificis familiares veniebant.

che colla Croce inalberata cavalcava innanzi la Carozza Pontificia, tirata da muta a sei, con entro il Sommo Pontefice, Francesco Marcucci Patriarca di Costantinopoli, e Giuseppe Maria Contessini Arcivesc. di Atene. Due nobili Guardie Ungare, e due altre vestite all' uso proprio scortavano la Carozza. Due altre Carozze parimente col tiro a sei venivan d' appresso a quella del Pontefice; nella prima delle quali unito alli Prelati Pontificj vi era un Gentiluomo di Camera dell' Imperatore, destinandosene dalla M. S. uno in ogni giorno, perchè fosse d' appresso nella Stanza, ove dimorava il Pontefice, nel modo istesso come era servito Cesare. Nella terza Carozza finalmente veniva tutto il rimanente della Corte Pontificia.

Hac narrata methodo Summus Pontifex semper per Urbem prodiit, nisi cum una Cæsar ipse prodiret. Præterea a superius descripto ordine aliis vicibus in hoc tantummodo recedebatur, quod Pontifex loco Patriarchæ Constantinopolitani, & Archiepiscopi Athenarum, duos ex Episcopis, qui ex Bohemiæ, & Ungariæ Regnis, Moravia, aliisque Austriacis ditionibus Viennam advenerant, Episcopalis Consecrationis prioritatis ordine servato, secum in curru deducebat.

Nell' enunciato modo uscì sempre per la Città il Sommo Pontefice, purchè non fosse andato di unita coll' Imperatore: Cosicchè altra differenza non vi precorse se non quella, che in cambio di ammettere nella di lui compagnia il Patriarca di Costantinopoli, e l'Arcivesc. di Atene, ammetteva in lor cambio due de' Vescovi de' Regni della Boemia, Ungaria, Moravia, o di altri Dominj Austriaci, che si trovassero in Vienna, conducendoli in Carozza con quella precedenza fra di loro, che nasceva dalla maggiore antichità della consecrazion di Vescovo.

Fer. V. in Cœna Domini in die 28. Martii, Sacro in Imperiali Sacello S. Josephi celebrato, sacraque Eucharistia refectis Cæsarea Josephi II. Majestate, & Regio ejusdem Fratre Ar-

Nel Giovedì Santo 28 Marzo celebrò la Messa nella Cappella Imperiale di S. Giuseppe, dando la Eucaristica Comunione alla Maestà dell' Imperatore Giuseppe II., ed al di

Archiduce Maximiliano Magno Ordinis Theutonici Magistro ; Missæ solemni a Reverendissimo Josepho Garampi Apostolico apud Cæsarem Nuncio in templo Aulico fratrum excalceatorum Ordinis S. Augustini celebratæ adstitit e Choro . Inde ad Ecclesiam descendit , & Sacris vestibus exornatus , Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ad Sacellum , in quo pro subquentis diei sacra functione custodiendum erat , cum solemni supplicatione detulit , ibique de more reposuit ; Assistentibus Sanctitati Suæ EE. Cardinalibus Batthyani , & Herzan , ac insuper etiam adsociante Eminentissimo Migazzi , Cardinalitiis Cappis indutis .

In aula inde Imperialis Palatii pedes duodecim pauperibus senibus juxta Ecclesiæ ritum lavit , Cæsarea Majestate adstante , iisdemque in altera magna aula cibos ad Mensam præbuit .

Fer. VI. in Parasceve 29. Martii hora tertia post meridiem , universis aulæ Imperialis proceribus Sanctitatem Suam præcedentibus , Regio Principe Maximiliano Archiduce Austriæ comitante , una cum Eminentissimis Christophoro de Migazzi Archiepiscopo Viennensi , ac Josepho à Batthyani Archiepiscopo Strigoniensi Ungariæ Primate , subsequentibus inde aliis Episcopis , qui Vindobonam advenerant , a nobilibus Excubiis Alemannica , Ungarica , ac Galliciana stipatus , ad venerandam , juxta Germaniæ morem , sacram Eucharistiam , in sepulturæ Domini Nostri Jesu Christi mysterium , ac memoriam fidelium devotioni , & pietati expositam accessit , ac quinque in Ecclesiis pium hunc pie

di lui Regal Fratello Arciduca Massimiliano Gran Maestro dell' Ordine Teutonico ; ed indi assistè dal Coro alla Messa sollenne , celebrata dal Reverendiss. Giuseppe Garampi Nunzio Appostolico in Vienna, nella Chiesa de' Frati Scalzi dell'Ordine di S. Agostino . Indi calò in Chiesa , e vestito colle sacre insegne , condusse con esemplare divozione il SS. Sacramento nell' Altare , in dove nel seguente giorno doveasi riponere nel Sepolcro, assistenti alla S. S. i Cardinali Batthyani, Herzan, e Migazzi, vestiti con Cappe Cardinalizie.

A dodici Poveri vecchi secondo l'antico rito della Chiesa lavò i piedi nella Camera Cesarea, presente la Maestà dell' Imperatore , ed in un' altra gran Stanza gli servì nella Mensa.

Venerdì Santo 29. Marzo tre ore dopo mezzo giorno tutti i Grandi della Corte Imperiale precedendo la S.S. di unita col Regale Arciduca d'Austria Massimiliano , l' Eminentissimo Cristoforo de Migazzi Arcivesc. di Vienna; il Cardinal Giuseppe a Battyhan Arcivesc. di Strigonia e Primate di Ungheria, indi altri Vescovi riuniti in Vienna , era custodita da Guardie nobili Alemanne, Ungare, e Francesi. Girava cossì per adorare il SS. Sacramento in memoria del Sepolcro di N. S. Gesù Cristo, esposto alla divozione, ed alla pietà de' Fedeli ; usando un sì devoto, e religioso esercizio per cinque Chiese, seguito da un' immenso Popolo, ch' esercitava l' adorazione

pietatis, ac Religionis actum summa innumeri inspectantis populi veneratione fuit exequutus.

Dominica 31. Martii Solemnitate Paschali Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi recurrente hora 14. italica prænobili Sejugo Curru deductus, ibidemque ab Eminentissimis Cardinalibus Migazzi, & Batthyani comitatus, nobilibus excubiis currum insequentibus, ad Metropolitanum S. Stephani Vindobonense templum Sanctitas Sua accessit, ubi Sacram Liturgiam solemni ritu, consuetis Cæremoniis servatis, perfecit, Cardinalibus Josepho à Batthiani, & Francisco Herzan Diaconorum assistentium, ac Cardinali Christophoro de Migazzi Episcopi pariter assistentis, munus explentibus; præsentibus etiam pluribus Episcopis, ac multis Monasteriorum Prælatis Pluviali, ac Mitra decoratis. Ut autem in hac sacra solemni functione nihil omnino deesset ad splendorem, ac reverentiam inspicientium animis conciliandam, Cæsareæ Maiestati maximè cordi fuit, curavitque insuper, & duos prænobiles viros delegit, Schwarzenbergium, ac Averspergium, ambo Sacri Romani Imperi Principes, ut ministerium pro manuum lotione Summi Pontificis in sacra functione exequerentur.

Splendidior certè, ac æterna memoria digna sacra hæc solemnis actio extitisset, si Sacra Cæsarea Majestas, prout vehementer optabat, præsens in parato Solio adfuisset, quod summo eiusdem animi dolore, corporis infirmitate detentus exequi non valuit.

Expleto Solemni Sacro ad Palatium tabularii Bellici processit, ibique Pluviali, ac Pontificia thiaria ornatus, ad

ne istessa.

Domenica 31 Marzo correndo il dì della Pasqua di Resurrezzione di N. S. G. C. nelle ore 14. entrata la S. S. in una ricca Carozza, servita da tiro a sei, di unita cogli Eminent. Cardinali Migazzi, e Batthyani, seguiti dalle Guardie nobili, andiede nella Chiesa Metropolitana di S. Stefano di Vienna, in dove col consueto ceremoniale facendo da' Diaconi i Cardinali Giuseppe da Batthyani, e Francesco Herzan, e d' assistente il Cardinal Cristoforo de Migazzi, presenti Vescovi, e Prelati vestiti con Mitra, e Piviale. Ed acciocchè non fosse mancata cosa da ingrandire la solennità di quel Sacrificio, e richiamare così il maggior rispetto degli astanti, piacque alla M. dell'Imperatore scegliere due illustri Personaggi Principi del S.R.I. Schwarzenberg, e Aversperg, perchè eseguissero il ministero della lavanda delle mani del Sommo Pontefice in quella sacra funzione.

Al certo grande, e di eterna memoria sarebbe stata una tal sollennità, se la Sacra Maestà di Cesare vi fosse intervenuta nella sua grandezza, come ardentemente desiderava; locchè gli fu vietato dalla indisposizion di salute, che soffriva.

Terminata la solenne funzione andiè nel Palagio *Tabularii Bellici*, e là vestito di Piviale e Camauro, e fat-

ad podium supra Ecclesiam novem Angelorum choris dicatam, existens, nobiliori forma, aulæisque auro circumfusis, ac splendentibus, undique ornatum, accessit, ibique confertissimo, ac pœnè innumero populo Pontificalem benedictionem, consuetis fusis precibus, cum Plenaria Indulgentia fuit elargitus, obstrepentibus interim tormentis bellicis Vindobonensis arcis, ac festivo sonitu personantibus Ecclesiarum ejusdem Urbis Campanis.

e fattosi innanzi ad un Balcone sulla Chiesa de' nove Chori degli Angeli adorna di risblendenti Apparati ricamati in oro, là impartì ad innumerevole Popolo la Pontificale Benedizione, preceduta dalle solite, e tenere preci, di unita colla plenaria Indulgenza, al riverbero de' Cannoni de' Castelli di Vienna, e del suono a gloria delle Campane delle Chiese della Città istessa.

Fer. VI. 19. Aprilis Consistorium publicum in magna Aula Palatii Imperialis habuit, in quo Pileum Cardinalitium tradidit EE. Cardinalibus Leopoldo de Firmian, ac Josepho a Batthiani, Ecclesia S. Petri in Monte Aureo, eorum primo, ac S. Bartholomæi in Insula, secundo ex ipsis in titulum adsignata.

Venerdì 19. Aprile in pubblico Concistoro tenuto nel grande Appartamento Imperiale diede il Cappello Cardinalizio agli Eminen. Cardinali Leopoldo de Firmian, e Giuseppe da Batthyani, il primo col titolo della Chiesa di S. Pietro a Montorio, ed il secondo col titolo di S. Bartolomeo all' Isola.

Fer. II. 22. Aprilis Vindobonam relinquens, Medelcium se contulit, quo Cardinalis Migazzius venerat, ut eum exciperet.

Lunedì 22. di Aprile si partì da Vienna, e si condusse in Melck, dove prima era giunto il Cardinal Migazzi per riceverlo. Marterdì 23 partendo da Melck, dopo ascoltata la Messa dal Cardinal celebrata giunse in Ens, e di là incamminatosi pel Monistero di S. Floriano fu ricevuto dal Cardinal de Firmian, donde partitosi pervenne in Lintz Città principale dell' Austria superiore, in dove da una Balaustrata magnificamente adorna impartì ad un numeroso Popolo riunito nella gran Piazza inferiore, circondata da truppa, la Benedizione.

Fer. III. 23. Aprilis Medelcio discedens, postquam Missæ a Cardinali celebratæ astitisset, Ensiam venit, & ad S. Floriani Monasterium digressus fuit, ibique exceptus a Cardinali de Firmian; quo adhuc præcurrente Lentium venit Principem superioris Austriæ Urbem; ubi e Podio magnifice instructo Benedictionem elargitus est immenso Populo in subjecta magna Platea congregato Militum agmine circumfusa.

Fer. IV. 24. Aprilis Aurinianum attigit.

Mercoledì 24. Aprile pervenne in Auriniano (forse Ried piccolo luogo in Baviera), d'onde partitosi Giovedì 25. Aprile si avvicinò in Alt-Oettingio, ìà fu ricevuto da Girolamo Colloredo Arcivesf. di Salisbur-

Fer. V. 25. Aprilis Auriniano relicto, AltOettinghium accessit, ubi a Hieronymo Colloredo Archiepiscopo Salisburgensi, a Principe de Bienkerfeld Se-

Serenissimi Electoris Palatini Nepote, plurimisque aliis Nobilibus proceribus, qui illuc ejusdem Serenissimi Electoris jussu, ut Summo Pontifici obsequium præstarent, advenerant, exceptus fuit.

Fer. VI. 26. Aprilis Monachium pervenit.

Monachii a die 27. Aprilis, usque ad integram diem primam mensis Maii commoratus fuit.

Dominica 28. Aprilis Missæ Sacrificium confecit in Ecclesia Clericorum Regularium Theatinorum ejusdem Civitatis, præsentibus Serenissimis Electoribus Trevirensi, ac Palatino. Circa duodecimam vero diei horam more germanico in prænobili curru ab octo equis tracto una cum laudatis Serenissimis Electoribus Trevirensi ac Palatino, præcedente Equitum coborte, nobilibus aulicis splendidissimis indutis vestibus ante prædictum currum gradientibus, ejusdem Electoralis aulæ Administris prope currum existentibus, Ephebis, ac Helveticæ custodiæ militibus currum undique stipantibus, agmen claudente alia equitum cohorte, ad amplum Civitatis Monacensis forum accessit, ubi peramplum podium ibidem constructum summaque magnificentia exornatum conscendens, benedictionem Apostolicam confertissimo populo ibi consistenti, fuit elargitus.

Fer. II. die 29. Aprilis Sacrificium Missæ Deo obtulit in primaria ejusdem Civitatis Ecclesia Collegiata S. Mariæ Virgini dicata, adstantibus pariter præfatis Serenissimis Electoribus.

Fer. IV. die 1. Maii Sacram Liturgiam Sanctitas Sua explevit in interiori Electoralis Palatii Sacello, mole

burgo, dal Principe di Bienkerfeld nipote del Sereniſſimo Elettor Palatino, e d' altri molti illuſtri Perſonaggi, che là per ordine del Sereniſſ. Elettore ſi attrovarono, per complimentare il Sommo Pontefice.

Venerdì 26. Aprile giunſe in Monaco, ove ſi rimaſe dal dì 27. ſino a tutto il primo giorno di Maggio.

Domenica 28. Aprile celebrò la meſſa nella Chieſa de'Chierici Regolari Teatini; preſenti gli Elettori di Treveri, e Palatino. Circa il mezzo giorno poi montato in una ricca Carozza ſervita da otto Cavalli, con entro gli enunciati due Sereniſsimi Elettori di Treveri, e Palatino, precedente Truppa a Cavallo, ed altri con viſtoſi, e nobili abiti alla tedeſcha adorni, che innanzi della Carozza iſteſſa sfilavano; indi venivan d' appreſſo gli Miniſtri della Camera Elettorale colle Guardie Svizzere, e Compagne, che il treno cuſtodivan d' intorno, chiuſo poi tutto da un'altra compagnia di Cavalleria ſi conduſſe nella ſpazioſa Piazza della Città di Monaco, ove ritrovandoſi una balconata veſtita di ricca, e meravglioſa tapezzeria vi andiede ſopra, impartendo all'immenſo Popolo là radunato l'Appoſtolica Benedizione.

Lunedì 29. Aprile celebrò nella primaria Collegial Chieſa della Città iſteſſa, dedicata a M. V., preſenti ancora i prefati Sereniſſimi Elettori.

Mercoledì 1. Maggio la S. S. celebrò nell' Oratorio interno del Palagio Elettorale, il quale benchè non

ſia

le quidem non amplo, mirabili tamen magnificentia extructo, singularibus, pretiosisque ornamentis undide præfulgenti.

Fer. V. 2. Maii Monachio discessit, Augustamque Vindelicorum digressus obviam prodeunte Serenissimo Electore Trevirensi Episcopo Augustano; & ab universo ejusdem Civitatis utroque Clero exceptus, ac ad Cathedralem Ecclesiam longo itinere deductus, expletis ibidem sacris ritibus a Romano Pontificali præscriptis, ad Episcopale Palatium accessit, ubi per integram diem quintam ejusdem mensis constitit. *

Fer. VI. 3. Maii incruentum Missæ Sacrificium in Cathedrali Ecclesia Augustana perfecit, Serenissimo Electore Trevirensi assistente.

Sabbato die 4. Maii ad Ecclesiam insignis Monasterii S. Udalrici una cum Serenissimo præfato Electore accedens, ibi immaculatam hostiam Deo obtulit.

Dominica die 5. Maii, confecto Missæ Sacrificio in Palatii Episcopalis Sacello, Summus Pontifex ad Cathedralem Ecclesiam progressus; ibidem solemni Missæ a Serenissimo Electore, Augustano Episcopo, Pontificali ritu celebratæ, Pluviali, ac Mitra ornatus in Solio consistens adstitit, assistente Ma-

sia molto grande, è costruito però con un meraviglioso gusto, risplendendo per ogn' intorno con vaghi, e preziosi ornamenti.

Giovedì 2. Maggio si partì da Monaco, ed incaminatosi per Augusta di Baviera gli uscì all' incontro il Serenissimo Elettor di Treveri Vesc. di Augusta, ricevuto dall' intero Clero della Città istessa, e condottosi nella Chiesa Cattedrale, ove adempiti i precetti della Sacra liturgia se ne andiede nel Palagio Vescovile, e là si trattenne per tutto il dì 5. Maggio. (1)

Venerdì 3. Maggio disse la Messa nella Chiesa Cattedrale di Augusta, presente il Serenis. Elettor di Treveri: Sabato 4. Maggio condottosi nella Chiesa del Monistero insigne di S. Udalrico, in compagnia del prefato Serenissimo Elettore celebrò il Santo sacrifizio: Domenica 5. Maggio dopo di aver celebrato nell' Oratorio del Palagio Vescovile, si condusse il Sommo Pontefice nella Chiesa Cattedrale, in dove dopo che il Serenis. Elettore Vescovo di Augusta ebbe solennemente celebrata la messa con pontificale, nel soglio vestito con Mitra, e Piviale, assistito da Mas-

* Quæ Augustæ gesta sunt, fusius continentur in descriptione Germanica, impressa Augustæ Vindelicorum Typis Johann. Michaelis Spaeth, & Italice traducta a Canonico Simone Daser Augustano.

(1) *Quelche si fece in Augusta, distintamente è registrato nella descrizione Germanica, impressa in Augusta di Baviera nella Stemperia di Michele Spaeth; tradotta poi in italiano dal Canonico Simone Daser della Città istessa.*

Maximiliano Christophoro de Rodt Episcopo Constantiensi, universaque ejusdem Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Clero, Elargita inde innumero populo in platea ante Episcopale Palatium consistenti, consueto sacro ritu, precibusque effusis, Pontificali benedictione, cum Plenaria Indulgentia.

Fer. II. die 6. Maii Augusta Vendelicorum discedens, ab equitum Cohorte tam Serenissimi Episcopi quam Civitatis deductus. Abudiacum concessit.

Fer. III. die 7. Maii Abudiaco Oenipotem processit, hospitatus ibi in Imperiali Palatio.

Fer. IV. die 8 Maii ab Oeniponte Brixinium petiit a Josepho a Spaur Episcopo exceptus.

Fer. V. die 9. Maii Ascensioni D. N. J. Christi Sacra, Missæ Sacrificio confecto in Cathedrali Ecclesia Brixiniensi adstante Episcopo & Clero, Brixinio Bocenum se conferens, Tridenti aliquantisper commoratus, apud Episcopum, mox Cathedralem Ecclesiam, ac aliam S. Mariæ ob Concilium Generale Tridentinum ibi habitum, percelebrem, invisit.

Fer. VI. die 10. Maii Roboretum digressus fuit.

Sabbato die 11. Maji Veronam accessit, ubi inter quamplures alios obviam habuit Nob. Virum Abundium Rezzonico Almæ Urbis Senatorem S. mem. Clementis PP. XIII. ex Germano fratre Nepotem, qui summis benevolentiæ signis a Sanctitate Sua exceptus, eundem inde in itinere usque Forocornelium prosequutus fuit.

Dominica die 12. Maii Veronæ moram gessit, ac in Cathedrali Ecclesia Sa-

Massimiliano Cristoforo de Rodt Vescovo di Costanza, e dall' intero Clero della Chiesa Cattedrale di Augusta: E dopo all' innumerevole Popolo radunato innanzi della piazza del Vescovil Palagio nel consueto modo, e con tenere preghiere impartì la Pontificale Benedizione coll' Indulgenza plenaria.

Lunedì 6. Maggio partitosi d'Augusta di Baviera, scortato dalla Cavalleria cossì del Serenissimo Vescovo, che della Città si conferì in Fussen; e Marterdì 7 Maggio se ne passò in Oettingen, alloggiato nel Palagio Imperiale. Mercoledì 8 se ne andiede in Bressanone, o sia Brixen, ricevuto dal Vescovo Giuseppe a Spaur.

Giovedì 9. Maggio giorno dell' Ascenzione di N. S. G. C. dopo celebrata la Messa nella Cattedrale di Brixen, presente il Vescovo col Clero si trasferì in Trento, dove trattenendosi per poco presso del Vescovo, e della Chiesa Cattedrale vide il famoso Tempio di S. Maria, ove fu celebrato il Concilio Tridentino: Venerdì 10. Maggio si diriggè per Rovereto; e Sabato 11. Maggio entrò in Verona, ove fra gli altri mólti Personaggi gli venne all' incontro il nobile Abundio Rezzonico Senatore della Città di Roma nipote della s. m. del Pontefice Clemente XIII figlio del Fratello, ricevuto dalla S. S. con sentimenti di una particolar benivoglenza, e dallo stesso fu seguita nel viaggio fino ad Imola.

Domenica 12 Maggio fè soggiorno in Verona, e celebrò nella Catte-

Sacrum confecit; ibique supra Sepulcrum cl. mem. Card. Petri Pamphilii, qui in dicta Civitate 4. Decembris die anni 1780. obierat, preces fudit.

Fer. II. die 13. Maii Verona Patavium divertit, ac ad percelebre Monasterium S. Justinæ Ord. S. Benedicti progrediens, ibi constitit, a Nobili Viro Equite Aloysio Mocenigo prædefuncti Serenissimi Venetiarum Ducis filio, Civitatis Patavinæ Præside exceptus, qui curam omnem adhibuerat, nilque intentatum reliquerat, ut Summi Pontificis adventus omnibus significationis, ac publicæ lætitiæ signis ab universis Civitatis Ordinibus, celebraretur.

Fer. III. die 14. Maii Patavii moram gessit, ac in Templo S. Antonio Patavino Sacro, Missam celebravit.

Fer. IV. die 15. Maii Patavio relicto, Venetias appulit a Serenissimo Venetiarum Duce, ac Venetis proceribus solenni pompa obviam prodeuntibus ad S. Georgium in Aliga.

Venetiis commoratus fuit a die 16. Maii, usque ad diem 19. Solennissimo Pentecostes festo Sacram, in qua Sacrificio Missæ in Ecclesia SS. Joannis, & Pauli Ordinis S. Dominici confecto, inde una cum viginti quatuor Episcopis, ac duobus S. R. E. Cardinalibus Cornelio, ac Boncompagno Sanctitati Suæ assistentiam præbentibus, in eadem Ecclesia in parato Solio consistens, Pluviali, ac Mitra ornatus, solemni Missæ a Friderico Joannelli Venetiarum Patriarcha, pontificaliter celebratæ, adstitit; Assistentibus etiam solenni pompa Serenissimo Venetiarum Duce Paulo Rejnerio, pluribusque Reipublicæ proceribus. Expleta

tedral Chiesa, in dove essendovi il Sepolcro della chiara memoria del Cardinal Pietro Pamphilj, morto là a i 4. Dicembre del 1780., vi fece orazione.

Lunedì 13. Maggio da Verona passò in Padova fermandosi nel Monistero celebre di S. Giustina dell' Ordine di S. Benedetto, ricevuto dal nobil Cavaliere Luigi Mocenigo figlio del fu Serenifs. Doge di Venezia Governatore della Città di Padova, il quale usò le diligenze possibili, e le disposizioni perchè tutti i ceti delle Persone manifestassero un particolar testimonio di letizia nella venuta del Sommo Pontefice.

Marterdì 14. Maggio si trattenne in Padova, e celebrò la Messa nella Chiesa di S. Antonio da Padova: Mercoledì 15. Maggio di là partendosi giunse in Venezia, incontrato con sollenne pompa dal Serenifs. Doge e d' altri nobili Veneziani, che uscirono da S. Giorgio in Aliga.

Si fermò in Venezia dal dì 16. Maggio fino al 19., nel qual giorno celebrandosi la festività della Pentecoste e detta la Messa nella Chiesa de' SS. Gio: e Paolo dell' ordine di S. Domenico, vestito di Mitra, e Piviale, e seduto in un soglio assistè nella sollenne Pontifical messa, celebrata da Federico Gioannelli Patriarca di Venezia, intervenendo 24 Vescovi, due Cardinali Cornelio, e Buoncompagni, che assistevano la S. S., e con sollenne pompa vi fu parimenti il Serenifs. Doge Paolo Renier, con molti Magnati della Repubblica. Finita la Messa uscito il Pontefice nella unione

pleta Missa, extra Ecclesiam, universis, qui Missæ adstiterant, comitantibus, procedens, contignationem summo studio, ac mirabili artificio in Ecclesiæ prædictæ foro erectam, singulari, ac exquisitiori modo ornatam, conscendit, ibique Apostolicam benedictionem Pontificali servato ritu, immenso populo ibi existenti, cum Plenariæ indulgentiæ concessione, fuit elargitus.

Eadem Dominica die 19. Maii hora 20. Venetiis abiens, Patavium iterum repetiit.

Fer. II. die 20. Maii Patavio Ferrariam digressus fuit, ibique obviam habuit cum Eminentissimo Cardinali Carafa Provinciæ præside, Eminentissimum Cardinalem Carolum Victorium Amedeum a Lanceis, qui Taurino Ferrariam advenerat, ut Summo Pontifici obsequium prestaret.

Fer. III. die 21. Maii Ferrariæ moram gessit, ac Missæ Sacrificium in Ecclesia S. Dominici celebravit.

Fer. IV. die 22. Maii in Sacrario Ecclesiæ Metropolitanæ Ferrariensis Consistorium secretum habuit præsentibus Eminentissimis Cardinalibus a Lanceis, Carafa, & Boncompagno, in quo Alexandrum Matthæi Archiepiscopum Ferrariensem Cardinalem declaravit, creatum jam, & in pectore reservatum die 12. Julii anni 1779.; Inde Missæ adstitit, & in Sacrarium iterum reversus, Cardinalitio bireto novum Cardinalem decoravit.

Ferraria, his absolutis, discedens Bononiam petiit, ubi Gardinalium a Lanceis, Carafæ, Durini, è Mediolano huc advenientis, Giovannetti, & Boncompagni obsequia excepit, ibique per duos integros dies commoratus fuit.

Fer. V. die 23. Maii Sacrum celebra-

ne di quanti là erano, fuora della Chiesa ascese in un Palco in quella Piazza eretto con prodigioso gusto, ornato nella più rara, ed esquisita maniera, benedisse Pontificalmente quell' immenso Popolo là accorso, concedendole anco la plenaria Indulgenza. Nel dì istesso di Domenica 19. nelle ore 20. si partì da Venezia, ritornando di nuovo in Padova, d' onde nel Lunedì 20 Maggio si partì per Ferrara, uscendole all'incontro l' Eminentiss. Cardinal Carafa Legato della Provincia, e l'Eminentiss. Cardinal Carlo Vittorio Amadeo de le Lanze, che in Ferrara era venuto da Torino, per complimentare il Sommo Pontefice.

Marterdì 21. Maggio permanendo in Ferrara, celebrò la Messa nella Chiesa di S. Domenico; nel Mercoledì poi 22. Maggio nella Sagrestia della Chiesa Metropolitana di Ferrara tenne un segreto Concistoro, presenti gli Eminentiss. Cardinali de le Lanze, Carafa, e Boncompagno, in dove dichiarò Cardinale l' Arcivescovo di Ferrara Alessandro Mattei, creato di già eririservato in petto sin da i 12. Giugno 1779: Indi assistè nella Messa, e ritornando di nuovo in Sagrestia decorò il novello Cardinale della Berretta Cardinalizia. Disbrigatosi da Ferrara partì per Bologna, e là giunto fu ricevuto da i Cardinali de le Lanze, Carafa, Durini là pervenuto da Milano, Gioannetti, e Buoncompagni, ove se dimora per due interi giorni. E nel Giovedì 23. Maggio

bravit in Ecclesia Metropolitana Bononiensi.

Fer. VI. die 24. *Maii ad templum accedens, in quo insignis B. M. V. imago a S. Luca, ut traditur, depicta, maxima populi illuc continuo confluentis veneratione adservatur, ac colitur, ibi Sacrum peregit.*

Sabbato die 25. *Maii Bononiam relinquens Forocornelium perrexit.*

Dominica die 26. *Maii incruentum Missæ Sacrificium in Cathedrali Ecclesia Forocorneliensi perfecit, & aureum Calicem obtulit S. Petro Chrysologo.*

Fer. II. die 27. *Maii in Aula majori Episcopalis Palatii Sanctitas Sua Consistorium publicum habuit, præsentibus Eminentissimis Cardinalibus a Lanceis, Caraffa, Bandi, Valenti Gonzaga, Giovannetto, & Boncompagno, Pileoque Cardinalitio præsatum Eminentissimum Alexandrum Matthæi, de more ornavit, Ecclesiamque S. Balbinæ in Titulum ipsi assignavit.*

Fer. III. die 28. *Maii Ecclesiam Cathedralem Forocorneliensem maximo sumptu à fundamentis nobiliter extructam cura Eminentissimi Jo: Caroli Bandi Forocorneliensis Episcopi, & Sanctitatis Suæ Avunculi, solemni ritu in honorem S. Cassiani Episcopi, & Martiris, Deo dicavit, coadjuvantibus Eminentissimis Giovannetti Archiepiscopo Bononiensi, & Matthæi Archiepiscopo Ferrariensi, ac expleta Sacra solemni actione, disertissimam habuit ad populum Homiliam.* (1)

Fer. IV. die 20. *Maii Forocornelio discedens, Cæsenam processit, ubi per quatuor dies moram gessit.*

Fer.

gio celebrando la Messa nella Chiesa Metropolitana di Bologna, andiè nel Venerdì 24. detto nell'insigne Chiesa di Maria Vergine, dipinta come si dice da S. Luca, ed adorata con particolar venerazione da immenso Popolo, là disse la messa.

Sabato 25. Maggio partissi da Bologna, incamminandosi per Imola, e Domenica 26. celebrò nella Chiesa Cattedrale, dando in dono un Calice di oro a S. Pier Crisologo: Lunedì 27. Maggio nella Sala maggiore del Vescovil Appartamento tenne la S. S. un pubblico Concistoro, presenti gli Emin. Cardinali de le Lanze, Carafa, Bandi, Valenti Gonzaga, Gioannetti, e Buoncompagni; dove adornò col solito ceremoniale del Cappello Cardinalizio l'enunciato Emin. Alessandro Mattei, conferendole in Titolo la Chiesa di S. Balbina.

Marterdì 28. Maggio consecrò la Chiesa Cattedrale d'Imola in onore di S. Cassiano Vescovo, e Martire, con gravissima spesa, nobilmente edificata da i fondamenti dall'Emin. Gio: Carlo Bandi Vescovo d'Imola, Zio della S.S.; a qual solennità assisterono gli Emin. Gioannetti Arciv. di Bologna, e Matthei Arciv. di Ferrara; e dopo tutto compiuto recitò al popolo una eloquentissima Omelia (1).

Mercoledì 29. Maggio partitosi da Imola s'incamminò per Cesena, ove si trattenne per quattro giorni: Giove-

(1) *Ext. in fol.* 17.

(1) *Stà registrata nella pag.* 17.

Fer. V. die 30. Maii recurrente Solemnitate Sanctissimi Corporis Christi, solemnem supplicationem cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento peregit à Porticu publici Palatii, ubi magnificum extructum erat Altare ad Cathedralem Ecclesiam, præeuntibus Confraternitatibus, & universo utroque ejusdem urbis Clero, & duodecim Episcopis, quatuorque Abbatibus Regularibus Pluviali, ac Mitra ornatis supplicationem comitantibus.

Sabbato die 1. *Junii Missæ Sacrificium confecit in Ecclesia S. Mariæ de Monte Ordinis Cassinensis, ibique contulit Sacramentum Confirmationis Angelo Bandi, & Elisabethæ ejus Sorori, Sanctitatis Suæ ex germana Sorore Pronepotibus.*

Dominica die 2. *Junii Ecclesiam Ordinis Servorum B. M. V. in apliorem formam auctam, nobiliusque ornatam, solemni pompa, ac consueto more dedicavit, coadjuvantibus Episcopis, Francisco Maria Lucatelli Spoletano, & Josepho Maria Terzi Feretrano, ac peracta Consecratione Homiliam* (1) *habuit ad populum.*

Fer. II. die 3. *Junii humillimis omnium Ordinum ejusdem Civitatis precibus benignè annuens, ad Cathedralem Ecclesiam accessit, ibique sacris Pontificalibus ornamentis indutus, solemni ritu, ac pompa consuetis precibus aureas Coronas benedixit, iisdemque Summus Pontifex, pervetustam, ac miraculis insignem imaginem Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimæ ejusdem Matris semper Virginis Mariæ, suis ipsemet manibus ornavit.*

Ea-

(1) *Ext. in fol.* 23.

vedì 30. detto correndo la solennità del SS. Corpo di Cristo condusse nella solenne processione il SS. Sacramento dal Portico del pubblico Palagio, ov'era construito un magnifico Altare fino alla Chiesa Cattedrale, precedendo le Confraternite, e l'intero Clero della Città con dodeci Vescovi, e quattro Abbati Regolari, vestiti con Mitra, e Piviale, accompagnando la processione.

Sabato 1. Giugno volle celebrar la messa nella Chiesa di S. Maria del Monte dell' Ordine de' Cassinesi, ove cresimò Angelo Bandi, ed Elisabetta di lui sorella, pronipoti della S. S. per mezzo di Sorella. Domenica 2. Giugno consecrò solennemente la Chiesa de' PP. Serviti, ampliata molto più dall'antica, e nobilmente adornata, ove assisterono i Vescovi Francesco Maria Locatelli di Spoleti, e Giuseppe Maria Terzi di Monte Feltre; e finita la Consecrazione recitò al Popolo un Omelia (1).

Lunedì 3. Giugno esaudendo le preghiere di tutti i ceti di persone della Città si condusse nella Chiesa Cattedrale, in dove vestito alla pontificale con solenne rito, e pompa precedenti le solite preci benedisse due Corone di oro; di cui la S. S. colle proprie mani ne adornò il capo dell' antica miracolosissima immagine di N. S. Gesù Cristo, e della di lui beatissima Madre sempre Vergine Maria.

Nel dì istesso nelle ore 20. lascian-

do

(1) *Sta registrata nella pag.* 23.

Eadem die hora 20. Cæsena relicta, Ariminum venit.

Fer. III. die 4. Junii Senogalliam petiit.

Fer. IV. die 5. Junii Senogalliæ commoratus fuit.

Fer. V. die 6. Junii Senogallia Anconam accessit.

Fer. VI. die 7. Junii Anconæ constitit, ac in Ecclesia Cathedrali Sacrificium Missæ Deo obtulit.

Sabbato die 8. Junii Lauretum perrexit.

Dominica die 9. Junii peracto in Sacra Lauretanâ æde Missæ Sacrificio, Tolentinum advenit.

Fer. II. die 10. Junii Tolentino, Fulginium attigit.

Fer. III. die 11. Junii Narniam pervenit,

Fer. IV. die 12 Junii Narnia Civitatem Castellanam divertit.

Fer. V. die 13. Junii è Civitate Castellana Romam fœliciter adveniens, exceptus ad Pontem Milvium ab Eminentissimo Card. Jo: Francisco Albano Sacri Collegii Decano, & ab Eminentissimo Card. Leonardo Antonelli primo a Sanctitate Sua in Collegium adlecto una cum iis ad Vaticanam processit Basilicam, ubi obviam habuit Celsissimum, & Eminentissimum Dominum Cardinalem Henricum Ducem Eboracensem Archypresbiterum, & Capitulum, ibique ad Altare SS. Sacramenti, & ad Confessionem S. Petri Apostoli fusis precibus, ad Palatium Vaticanum regressus fuit, occurrentibus in Aula Ducali Eminentissimis DD. Card. Carolo Rezzonico S. R. E. Camerario, Columna Urbis Vicario, Boschi Majare Pœnitentiario, Gerdilio, & Matthæ-

do Cesena se ne andiede in Rimini, e nel Marterdì 4. Giugno passò in Sinigaglia, ove trattennesi il Mercoledì 5; e nel Giovedì 6 poi giunse in Ancona. Là si trattenne l' intero Venerdì 7, celebrando la messa nella Chiesa Cattedrale, ed indi il Sabato 8. Maggio passò in Loreto. Quì nella Domenica 9 offerendo l'Ostia a Dio nell'Altare di M. V. se ne andiede in Tolentino, d'onde partitosi il Lunedì 10 s'incamminò per Foligno. Nel giorno 11. si avviò in Narni; e nel dì appresso 12 in Civita Castellana.

Giovedì 13. Giugno giunse felicemente in Roma, ricevuto nel Ponte Molle dall' Emin. Card. Gio. Francesco Albani Decano del Sacro Collegio, e dall'Emin. Card. Leonardo Antonelli eletto il primo Cardinale dalla S. S.; ed incamminatisi per la Basilica Vaticana uscì all' incontro il Sereniss., ed Emin. Cardinale Enrico Duca di York Arciprete di S. Pietro col Clero, e Capitolo; e dopo di aver orato e nell' Altare del SS. Sacramento, e poi in quello di S. Pietro Appostolo se ne andiede nel Palagio Vaticano, in cui vi erano gli Eminentissimi Cardinali Carlo Rezzonico Cammerlengo della S. R. C., Colonna Vicario di Roma, Boschi Penitenziere maggiore, Gerdil, e Matthei, e dopo licenziati si ritirò la S. S. nel privato Appartamento, ri-

thæjo , iisque dimissis ad domestica Cubicula accessit , excipientibus Sanctitatem Suam in Aula Secretiori Eminentissimis Cardin. Pallavicino à Secretis Status , De Comitibus a Secretis Brevium , Nigrono Pro - Datario , & Jo: Baptista Rezzonico à Supplicibus Libellis .

ricevuto dagli Eminentissimi Cardinali Pallavicini Segretario di Stato; Conti Segretario de Brevi; Negroni Prodatario , e Gio: Battista Rezzonico Segretario de Memoriali .

In adversa parte

Effigies Pontificis cum inscriptione

PAPA PIVS SEXTVS FAMA SVPER ÆTHERA NOTVS

In exergo

PEREGRINVS APOSTOLICVS VIENNÆ MENSE MARTIO 1782.

In aversa parte

Effigies quinque PIORVM *Pontificum cum*

inscriptione

REDIVIVI

Germanica descriptio typis edita hic latine conversa numismatis Norimbergæ cusi ad perenne itineris PII VI monumentum .

Illustriss., e Reverendiss. Sig.

ANtonio Paci pubblico Stampatore desidera dare alle Stampe un'Opera intitolata, *Acta a Sanctissimo Patre, & Domino Nostro PIO divina providentia Papa Sexto causa itineris sui Vindobonensis anno* 1782. in Lingua italiana. Supplica V. S. Illustriss., e Reverendiss. a rimetterne la revisione a chi meglio stimerà, e piacerà; e l'avrà, ut Deus &c.

Illustriss. ac Reverendiss. Dominus D. Salvator Canonicus Rogerius revideat, & in scriptis referat.
Die 13. *Octobris* 1782.

M. C. D'ANDREA VIC. CAP.
Joseph Rossi Can. Deput.

Illustrissime, ac Reverendissime Præsul.

QUÆ supremus Ecclesiæ Pastor, ut bono illius prospiciat, strenue gerit, ea quidem universis, qui in ipsa censentur, perspecta esse & placet & interest. Quare plurimum nostro typographo debemus, qui operam suam in eo collocavit, ut *Acta a SS. Patre & Domino Nostro PIO divina providentia Papa VI. causa itineris sui Vindobonensis an.* 1782 Neapolitanis prelis excusa in publicum emitteret, atque in rudiorum commodum Italice reddi curaret. Cum autem præsens Editio, & quæ nunc accedit Italica versio, ne latum quidem unguem a Romana discedat, eam dignam censeo, ut publici juris fiat. Dat. Neapoli XVII. Kal. *Decembr.* MDCCLXXXII.

Tibi, Præsul amplissime

Addictiss., atque obsequentiss.
Salvator Can. Rogerius.

Attenta relatione Domini Revisoris imprimatur. Die 16. *Novembr.* 1782.

M. C. D'ANDREA VIC. CAP.
Joseph Rossi Can. Deput.

S.R.M.

S. R. M.

SIGNORE.

ANtonio Paci pubblico Stampatore di queſta Voſtra Real Capitale, proſtrato a piedi della M. V. umilmente vi eſpone, come deſidera dare alle ſtampe un'Opera intitolata, *Acta a SS. Patre & Domino noſtro PIO Divina providentia Papa Sexto cauſa itineris ſui Vindobonenſis anno* 1782. tradotta nella italiana lingua. Supplica pertanto la M. V. a rimetterne la reviſione a chi meglio ſtimerà, e piacerà, e l'avrà ut Deus &c.

Adm. U. J. D. Rev. D. Carminus Fimiani in hac Regia Studiorum Univerſitate Profeſſor revideat autographum enunciati Operis, cui ſe ſubſcribat ad finem revidendi ante publicationem, num exemplaria imprimenda concordent ad formam Regalium Ordinum, & in ſcriptis referat. Datum Neapoli die 15. *menſis Octobris* 1782.

I. A. SALERNITANUS C. M.

S. R. M.

ITer Vindobonenſe PII VI. Pont. Opt. Max. cujus res celebrabuntur, maximæ omnes, profectæ a providentia, mente, virtute divina, qua chriſtianum populum moderatur, nunc primum Italice redditum e Latino, quominus Neapolitanis typis cudatur, nec jus impedimento eſſe reor, neque fas. Nihil enim in eo offendes, quod Jus Regium vellicet, nihil, a quo ſibi jure metuat honeſtus civis; quin ſingularem animi æquitatem, eximiamque erga Principis Majeſtatem religionem teſtantur univerſa. Neap. Idib. Octob. MDCCLXXXII.

Carminus Fimianus.

Die 13. *menſis Novembris* 1782. *Neapoli*

Viſo Reſcripto Suæ Regalis Majeſtatis ſub die 2. *currentis menſis, & anni, ac relatione Rev. U. J. D. D. Carmini Fimiani, de commiſſione Rev. Regii Cappellani Majoris, ordine præfatæ Reg. Majeſt.*

Regalis Camera S. Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inſerta forma præſentis ſupplicis libelli, ac approbatione dicti Rev. Reviſoris. Verum non publicetur, niſi per ipſum Reviſorem, facta iterum reviſione affirmetur, quod concordet ſervata forma Regalium Ordinum, ac etiam in publicatione ſervetur Regia Pragm. Hoc ſuum &c.

SALOMONIUS. PATRITIUS. AVENA. TARGIANNI.

Ill. Marchio Citus Præſes S. R. C., tempore ſubſcriptionis impeditus, & Ill. Dux Turitti Advocatus Realis Coronæ non interfuit.

Reg. fol.

Carulli. Athanaſius.